Il Caſarubio.

M

Ad quem venit rex celo: amictu ſeraphico: ſex alarum tectus velo: aſpectu pacifico: affixuſq3 crucis clo: portentu miſticor. A ℣. Signaſti dñe ſeruum tuum Franciſcum. ℟. Signis redemptionis noſtre.



Compendium Priuilegiorum fratrũ minorũ: necnõ ⁊ aliorũ fratrũ mẽdicantiũ: ordine alphabetico cõgeſtũ. Denuo cũ quibuſpam nouis bullis impſſum: vt in eius fine patebit.

¶ Reuerendiſſimo in Chriſto patri. p. fratri Franciſco de angelis generali miniſtro totius ſeraphici ordinis minorum/ frater quidam Hiſpanus ſubditoꝝ ſuorum minimus/ acommodā reuerentiam.

Conſideranti mihi ampliſſime pater: noſtroꝝ ꝑuilegioꝝ monumēta: ſua magnitudine pene infinita: ſua obſcuritate imperuia: varietate ſua ſepe ſecum pugnātia: auida inſedit cogitatio: pro mea ⁊ alioꝝ rudiū eruditione: qua videlicet via poſſet coꝝ imenſitas breuiari: illuſtrari tenebroſitas: ⁊ diſcordātia in vnū cōciliari. Qua cura cum mdiu diſtringere: tandē placuit Supplemētū Cōpendiū ⁊ Cōcordiā ordiri. Ut q ꝑuilegioꝝ mole premuntur: ad Supplemētum cōfugiāt: qui coꝝ tenebris errant: ſequantur Cōpendiū: qui ſunt cōturbati coꝝ pugnis: Cōcordia exhilarentur. At dum operi intēdo: importuna aliquoꝝ diligentia: qui precocos feſtināt colligere fructus exijt. Supplementū inauſpicatū in publicum. Qua propter ad me id ſedulo aduocās: que caſtigāda erāt correxi: atq; nōnulla que deerant addidi. Uerum quia funiculus triplex difficile rūpitur: duos illi cōmilitones: ſub vna litterarum ſerie: veluti cōtubernales adiunxi: Cōpendiū videlicet ⁊ Cōcordiam. Que omnia tibi reuerendiſſime: ac colendiſſime pater: ea mente mitto: qua te vnicū beatiſſimi patris noſtri Franciſci ſucceſſorē: omnis minoritani ordinis diuina ⁊ humana gubernātem: ſuſcipimus ⁊ veneramur oēs quotquot Frāciſco ſeraphico noīa dedim⁹: in eiuſq; iurauim⁹ regulā. Qḋ ⁊ ſi omnes minoritę id ſummopere cōtentur: nos ꝗ̄to plauſibilius Hiſpani qui te tāto dignitatis faſtigio: ac ſumme noſtre religionis gloria: ex primoribus Hiſpaniarum ac regio ſanguine: ⁊ nunc vidimus: ⁊ toties verum prelatū: vicariūq; ſancti Franciſci experti ſumus. Accipe igit religiōis noſtre iubar: qualecūq; hoc obſequiū: ⁊ que tua eſt ſumma poteſtas: obſeruātiſſima religio: lōga ⁊ oculata experiētia: reſcinde que ſuperſunt: que deſunt adde: ⁊ ſi que ſunt probanda tuere: ⁊ defende: ⁊ huius tibi obſequētiſſimi ſeruali: atq; vtinam boni: aliquando memento. Uale.

Diſtichum.

Suſcipe tantillos: preſul venerande labores:
Quos me Franciſci: ſummere iuſſit amor.

Ad lectorem: Diſtichum.

Perlege cuncta vellim: ſcio te: me vera fateri
Dicturū: ⁊ grates habiturū proinde decētes.

Pꝛologus.

Satis ſuperq; optimus quiſq; nouit: parentem omnium rerum: cunctos homines alioꝛu; gratia creaſſe. Qd diuinus ille plato: ⁊ cognoſcens ⁊ contemplans: ad bene beateq; viuendum: hiſce verbis iam olim per os latine eloquentie pꝛotulerat. Non ſolum nobis inquit nati ſumus: oꝛtuſq; nr̄i partē patria vēdicat: partem amici. In cuius ſententiam pedibus currens: ne vitam ſub ſilētio trāſirem: veluti pecoꝛa que natura pꝛona: ac ventri obediētia finxit: pꝛo mea virili ſum conatus vel minoꝛibus non nihil pꝛodeſſe fratribus: quoꝝ minimus ego ſum. Qui cū ſepe numero viderē: tum pene infinitam multitudinem pꝛiuilegioꝛum: bullarum breuiū ⁊ cōceſſionū: ceteroꝛū q; largitoꝛum a ſacroſancta ſede apoſtolica diuerſis tp̄ibus ad conſeruationē oꝛdinis noſtri ſeraphici ducis beati Franciſci: necnon alioꝝ ſacroꝛum mendicantiū oꝛdinū: tum anxietatē multiplicē in extricandis: intelligendis: diſtinguendis: conciliandis: atq; ad concoꝛdiā reducendis: cepi mecū attentius excogitare: quo nam pacto huiuſcemodi laboꝛioſo ſudoꝛi ſubuenire: opē q; ferre valerem: vt facilius: diſtinctius: compendioſius: certiuſq; ⁊ legerētur: ac in futurum ab omnibus intelligerentur. Cui operi (ſi me non mea fallit opinio) nomen conſonum: Cōpendij bene merito poteſt adaptari. Quemadmodum etiam opuſculum alterum in quo multa nouiter conceſſa: ⁊ alia que noſtri oꝛdinis Monumentis deerant: non minus ſuppleta fuere. Supplementum ſane appellandum cenſuimus. Compendium namq; appellare nō veremur quod vnuſquiſq; ex fratribus vel ingentibus ſuis occupationibus curis atq; negocijs pꝛepeditus: breuiſſimo poſſit tempoꝛe pede ſicco tranſcurrere: atq; finire. Ea enim que vix toto vite decurſu: pꝛe nimia multitudine et confuſiōe: nec cognoſci: nec legi poterant: deinceps ad iſtud noſtrum opuſculū occurrētes: eius procedēdi oꝛdinato pgreſſu ſatis intellecto: poterunt ex indultoꝝ quadriga ſacroꝛum mendicantium oꝛdinū exhaurire (vel etiam iunioꝛes fratres) archana que noſtris maioꝛibus haud reſerata fuere. Ideoq; poſt hac optimi fratres ne vos peniteat iſtud noſtrum voluere ſepe libellum: cum iam diu perſuaſum ſit multis ex vobis: illum (noſtra tamen regula pꝛepoſita) ſecundum vite libꝛum nominare. ¶ At vero ne quēpiam huius noſtri operis lectoꝛem: inſuetum per iter deuiare contingat: placet (ne foꝛte illum ignoꝛantie pꝛecipitium aliqua ceſpitatione depellat) eidem ipſi viam aperire planam: ⁊ quaſi offenſionis lapillos a pedibus remouere ſuis: ramoſq; denſos a capite eius amputare libet. Ne ergo vagari incipias mi candide lectoꝛ: indicem in pꝛimo libꝛo aperto te conſulere opoꝛtet: vt folioꝛum vices ne ſit opus verſare toties. Ut vero omnia que in huiuſmodi compendio: quod pꝛo communi vtilitate mendicantiū oꝛdinum: non tantum in Hiſpaniarum partibus verūetiam vbilibet conſiſtentium: alioꝛūue religioſoꝛum qui eoꝛūdem pꝛiuilegijs gaudent oꝛdinatum eſt: ab omnibus pꝛefatis pꝛecipue intelligi queat: operepꝛecium eſt in pꝛimis aliqua pꝛemittere. ¶ Sciendum eſt pꝛimum: in pꝛouincia ſancti Jacobi a viginti annis retro lapſis per quoſdam minoꝛes regularis obſeruationis fratres: rerum dictoꝛum oꝛdinum: non parum eruditos: ex eoꝛundē pꝛiuilegijs duas compilationes editas foꝛe: quarum quelibet Monumēta oꝛdinis minoꝛum intitulata eſt. Quoꝛum exemplo ductus nuper (vt ſupꝛa mentionem fecimus) aliam copilationem ſub nomine Supplementi in lucem dedimus. Ex quibus omni

Ratio denominationis pꝛ̄ſentis operis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bus hoc Compendiū alphabetico ordine congeſtum: ex precepto reuerēdiſſi-
mi patris fratris Frāciſci de angelis: toti⁹ p̄dicti ordinis mino. generalis niſ-
niſtri edidimus. In hoc autem libello nemo ſicut in ceteris priuilegiorū libris
poterit allucinari ſeu oberrare. Nā que in ceteris cōfuſa erāt: velutiq; in imē-
ſo pernigroq; chaos condebantur mixta: ac laborioſa fuere mora reperta: in
iſto diſtincta: ꝛ ordinato ꝓgreſſu: in ictu oculi (ſi dicere licet) reperiētur. Qua-
propter hunc ce libellum non ab re Cōpendiū libuit appellare in quo precin-
cta breuitate: nec tamen rerū omniū abſciſa copia: veluti in bene culto ac ame-
no hortulo: que immēſa librorum papiro diſperſa fuerant recōduntur. Unde
fiet vt quicūq; hoc Cōpendium apud ſe habuerit: nullatenus indigeat reliqs
priuilegiorꝫ libris: niſi cū caſus euenerit vt aliquid in iudiciali foro oſtendere

De modo ac ordine ꝓce-dendi in ſe-quenti ope.

ſit opus: aut cum nimia curioſitas hoc expetiuerit. ¶ Dehinc ſciendum eſt: hu-
iuſmodi opuſculum ſubſequenti modo ꝛ ordine eſſe confectum. Ponuntur
enim in qualibet dictione ſeu materia: omnes ſummi pontifices qui circa illā
aliquid conceſſerunt: aut ſtatuerunt: procedendo ordinate iuxta illorum anti-
quitatem: ita ꝙ antiquitate priores: in quauis materia: ſemper preferuntur et
priores ponuntur ſuis ſedibus ordinatis vſq; ad Leonem .10. peruenuſta pro-
ceſſione ꝛ ſucceſſu: quāquā meo labore maximo: ſed vt reor non inutili. Iux-
ta quod cauendū erit nequis priora cuiuſq; dictionis ſeu materie abſq; poſte
riorum lectione velit iudicare aut ſequi: cum aliquoties non reſpondeant vlti
ma primis. Ordo tamen predictus quandoq; propter ampliorem diſtinctio-
nem ꝛ claritatem materiarum: preſertim in dictionibus Abſolutio: ac Indul
gentia: ꝛ in quibuſdam alijs variatus eſt. In huiuſmodi enim dictionib⁹ pre
ponuntur omnia que directe fratribus conueniunt minoribus: ꝛ ſubſequun
tur q̄ ad alios mēdicantes concernunt: ſed per cōmunicationem ad prefatum
etiam ordinem minorū pertinent. ¶ Aduertere etiā oportet in pleriſq; dictio
nibus precipuas materias priuilegiorum continentibus: quaſdam diſtinctio-
nes (deſeruientes quāplurimū ad intelligentiā eorꝫ que inferius annotantur)
ante poſitas eſſe. Pro huiuſmodi autem diſtinctionibus deſeruiunt numeri
quotationum qui in marginibus iuxta conceſſiones ponuntur. Conferūt eti
am prefati numeri ad inueniendum remiſſiones que in hoc compendio: de cō
tentis in eodem ad varias dictiones eiuſdem Compēdij ſepe fiunt. ¶ Scire vl
terius expedit: vt quia ſummorū pontificū littere (vt vulgo ſepe numero fert)
tantū valent quātum ſonant (in multis enim ex ipſis ſolet eſſe ſepe pro ratione
voluntas) ea propter omnia que in hoc opuſculo continentur: ad litteram fere
(paucis tamen dumtaxat abſtractis: mutatiſq; verbis) propter meliorem ordi
nationis prouentum traducta ſunt. Omiſimus autem omnino principia fi-
neſq; bullarum ꝛ breuium: niſi vbi hec pro intelligentia conceſſionum aut or
dinationum exigebantur. Solum enim medullam: ſeu granum priuilegiorū
oſſibus palleiſq; procul pulſis: tranſcribere curauimus.

Declaratio breuiatura-rū in hoc li-bro conten-tarum.

¶ Aliud quod eueſtigio legenti premonſtrare volumus eſt: ꝙ vt ambigat ſa-
ne mētis nemo: me fideliter vndequaq; traduxiſſe: in cuiuſq; cōceſſionis ſeu
ordinatiōis calce: appoſitū eſſe quoto qualiue priuilegiorꝫ libro extracte ſint:
caratheribus quibuſdam numerarijſq; ſignis id inſinuantibus. Cū enim tu
amate lector: litteras ſeorſum exaratas: ſeiunctaſq; reperies: que quoto libro:
quoto folio: quoue tractatu cōceſſiones ille preſcripte ſunt: ſua breuitate com-

monſtrant. Ex quibus litteris primum .f. ſimplicem tibi aſſigno: quod cum inuenies in fine conceſſionum ſeorſum exaratum: videas quid innuat .fo. ideſt folium: et non folium de hoc libro: ſed de libro Monumēta ordinis prime impreſſionis vulgariter nuncupato. Si vero geminatum .ff. intueberis: vide qd ſibi velit .ffo. ideſt folium in libro prefato Monumenta ordinis ſecunde impreſſionis. Tunc quoqz ſi triplicatum .fff. inſpexeris: videas qd moneat .fffo. ideſt folium in libro quem Supplementum appellari diximus. Cum vero q̄piam de his tribus codicibus in noſtrum Compendiū traducta: alia ſint ſub auctenticatis bulla ſeu breui: aut oraculo viue vocis: quedam autem abſqz auctenticatione conſiſtant: libuit eueſtigio ſuppoſitis alijs quibuſdam litteris: ambiguitatem huiuſmodi abolere: eiſdemqz characteribus veram certitudinem breuiter indicare. Littere autem ſunt .b. B. o. O. Ecce enim cum reperies iſtud .B. maximum: ex bulla ſeu breui: et ſub auctentico proculdubio conſiſtere cenſebis. Quando tamen .b. paruum offenderis: id ipſum per bullam: aut breue obtentum ſcito extitiſſe: non tamen ſub auctentico conſignatum intelliges. Jam tunc ſi .O. magnum obuiam incideris: illud viue vocis oraculo flagitatum fuiſſe perſuaſum habeto: idemqz ſub auctentico conſiſtere ſcias. Sed cū .o. paruum apparebit: id idem viue vocis oraculo expoſtulatum: non tamē ſub auctentico arbitrabere contentum. ¶ Jd vnum tandem mihi ſupereſt in huius prefationis portu lectorem admonere: me in fine nonnullarum cōceſſionum que aliquibus forſan obſcure: atqz difficiles videri poterant: ſeu in quibus aliquid addendum: elucidandumqz operepretium viſum eſt: aliquas additiones et declarationes appoſuiſſe: prout tam ex multiplici lectione: quaz ex collatione cum eruditiſſimis ac probatiſſimis patribus ordinis: necnon et iuris peritis recolligere potuimus. Sed vt prefate additiones a conceſſionibus: ſeu ſtatutis quibus adiuncte ſunt euidenter diſtincte apparerent: e regione vniuſcuiuſqz ipſarum poſita eſt hec dictio Collector ¶ Gratulabitur ergo regularium inſtitutionum ſtudioſa iuuentus: id nouitios breui aſſequutos: cuius nec exiguam partem poſt diuturnos ſudores: patres emeriti vix tandem ſibi theſaurizare valebant: noſtreqz ſedulitatis: et officioſi laboris non immemores vt eiuſmodi labor in conſpectu altiſſimi ſit gratus deprecabitur.

Explicitus prologus.

Ad lectorem. Diſtichum.

¶ Que fuerant varijs: longe voluenda libellis:
Occius hoc poteris: ſtringere faſciculo

In laudem ſeraphici Franciſci minorum patriarche.



¶ Suſcipe ſalutes: pater Franciſce minorū:
quas filius mittit: paruulus iſte tuus.
O pater in nr̄is: merito celeberrime ſeclis:
cui mundi gloriam: ſpernere cura fuit.
Qui chriſti primus: imitans veſtigia doces:
nos paupertatis: querere diuitias.
Cui deus electam: tali pro viuere ſedem ſtatuit:
et celi gaudia ſumma dedit.
Funde preces domino: miſeri deuote precamur:
adiuuet vt filijs: o patriarcha tuis.
Pro cuius merito: meritis vicarij chriſti:
ordini dederunt: tot pater ample tuo.
Que quia diuerſis/fuerant diffuſa libellis:
hoc compendio ſunt/modo collecta ſimul.
In eo ſummatum eſt/quod per prolixa verba:
per longam fuerant/ante querenda moram.
Queq; prius fuerant/poſita ſine ordine/modo
per alphabeti/compoſuit ſeriem.
Si vellis ad longum/horum perlegere quicq;:
numeri ſunt quote: vt citius inuenias.
Proq; petit tanto/collector paſſo labore:
vt ſibi faueant/veſtre deuote preces.

Poeta quidem ad Lectorem/Tetraſtichum.

¶ Qui cupis errores obſcuros pellere/librum
qui lucem cecis redere nouit/eme.
Letari poteris/non intellecta fuere:
que tibi ſub paruo codice/aperta legis.

Aliud tetraſtichum.

¶ Plurimus hinc pridem/procul improbus exulat error.
Multorum errores pellere/quid melius?
Paruum opus eſt video/nunq̄ȝ hoc tibi iure negarim.
Parua ſed interdum/ſcis precioſa magis.

Dictionarius index.

¶ Abbas folio.1.
Abbatiſſa fo.1.
Abſolutio ordinaria quoad fres.f.2.
Abſolutio extraordi. quo ad fra.f.6.
Abſolutio quo ad ſeculares. fo.8.
Abſolutio quo ad ſeculares.2. fo.10.
Accedere ad mõaſteria monia. fo.11.
Altare fo.13.
Appellare fo.13.
Apoſtate fo.13.
¶ Baptizare fo.16.
Benedicere eccleſiaſtica fo.17.
Bona fo.18
¶ Canonica portio fo.19.
Capitulũ generale ꝛ puĩnciale. f.20.
Caſus reſeruati fo.20.
Celebratio diuinorum fo.20.
Clauſura monialium fo.21.
Commiſſarij fratrum fo.22.
Communicatio priuilegiorũ. fo.23.
Communicare fo.25.
Commutare fo.26.
Conceptio beate virginis fo.26.
Concilium fo.27.
Concordia fo.28.
Confeſſiones ꝛ confeſſores fo.28.
Confirmatio prelatorum fo.29.
Conſecrare res eccleſiaſticas fo.29.
Conſeruatores ordinis fo.29.
Conueniri in iudicio fo.30.
Conuentiones fo.30.
Conuentuales fratres fo.30.
Correctio fratrum fo.31.
Corporalia fo.32.
Credo fo.32.
Cruciata fo.33.
Cuſtodes fratrum fo.34.
¶ Dare fo.34.
Decime fo.34.
Declarare ꝛ determinare fo.35.
Diſpenſatio fo.35.
¶ Eccleſie fratrum fo.37.
Edificare fo.38.
Egredi ex ordĩe vel mõaſterio. fo.40
Eijcere ſeu expellere ab ordine. f.40.
Electio fo.40.
Elemoſina fo 41.
Epiſcopi fo.42.
Eucariſtia fo.43.
Exactiones fo.43.
Excommunicatio fo.43.
Exẽpti fratres particulares fo.46.
Exemptio. fo.47.
¶ Familiares fratrum fo.49.
Feſtiuitates ſanctorum fo.50.
Franciſcus pater ſeraphicus fo.51.
¶ Generalis miniſter fo.51.
Gloria in excelſis deo fo.52.
Guardiani fratrum fo.52.
Gradus ſcolaſtici fo.53.
¶ Habitus fratrum fo.53.
Heredes ꝛ hereditas fo.54.
Hereſes ꝛ hereticus fo.55.
¶ Ieiunium fo.55.
Impetrare litteras aplicas fo.56.
Incarcerare fratres fo.56.
Incorregibiles fratres fo.56.
Indulgentie quo ad fratres fo.56.
Indulgẽtie quo ad ſeculares. fo.68.
Infirmi fratres fo.76.
Ingredi mõaſteria monialiũ. fo.76.
Inquiſitores heretice prauitatis. fo.79
Interdictum fo.80
Itinerantes fratres fo.85.
¶ Laici fratres fo.85.
Legata fo.86.
Licẽtiare fratres vel moniales. fo.86
Loca fratrum fo.86.
¶ Magiſter fo.86.
Mendicare fo.86.
Miniſtri fo.86.
Miſſa fo 87.
Monaſteria fo.88.
Moniales fo.89.
Mulieres non moniales fo.91.
¶ Nouitius fo.92.
¶ Obedientia fo.94.
Oblati fratrum fo.94.
Obligationes fo.94.
Obſeruantes fratres fo.94.
Octaue feſtiuitatum fo.95.
Officia ordinis fo.95.

Officium diuinum. fo.96.
Oracula viue vocis. fo.99.
Ordines ſacri fo.92.
Ornamenta eccleſiaſtica fo.100.
¶ Paca fo.100.
Paramenta eccleſiaſtica fo.100.
Parentes fratrum fo.100.
Parrochia fo.100.
Paupertas fo.101.
Portio canonica fo.102.
Poſſeſſiones fratrum fo.102.
Predicatores verbi dei fo.103.
Prelati fo.104.
Prefatio miſſe fo.104.
Preſentatio confeſſorum fo.104.
Priuilegia fratrum. fo.105.
Probatio nouitiorum fo.108.
Proceſſiones fo.108.
Procuratores fratrum fo.108.
Profeſſio fratrum fo.110
Promotio ad ordines fo.110
Protector ordinis fo.110
Prouintia fo.110
Prouinciales fo.110
¶ Quarta portio fo.110
Queſtuare fo.110
¶ Recipere. fo.110.
Reformare fo.111
Reuocare fo.111
¶ Sacerdotium fo.111
Sacramenta fo.111
Scrupuloſi fratres fo.112
Sepelire ⁊ ſepulture fo.112
Seruitores fratrum fo.113
Simonia fo.113
Sorores tertij ordinis fo.113
Stationes vrbis fo.113
Statuta ordinis fo.113
Stigmata fo.114
Studentes fratres fo.115
Succedere fo.115
Superfluitates fo.115
Suſpenſiones fo.115
Sindicus fo.116
¶ Tertiarij fratres ⁊ ſorores fo.116
Tranſire ad alios ordines fo.121
¶ Uendere fo.121
Uicarij fo.122
Uiſitare ⁊ viſitatores fo.123
Unctio extrema fo.123
Uotum fo.123.

Sequuntur nomina ſummorum pontificum

q̄ ſucceſſiue prefuerūt eccleſie romane a tépore quo fundati ſunt ordines iſta tū mendicantiū: quoꝝ pōtificū plures: imo fere oēs: multa vl ſaltē aliqua cōceſſerūt fratribus nr̄is ⁊ alijs mēdicātib⁹: put in hoc cōpendio liqdo patet.

¶ Innocentius.3.
¶ Honorius.3.
¶ Gregorius.9.
¶ Celeſtinus.4.
¶ Innocentius.4.
¶ Alexander.4.
¶ Urbanus.4.
¶ Clemens.4.
¶ Gregorius.10.
¶ Innocentius.5.
¶ Adrianus.5.
¶ Joannes.21.
¶ Nicolaus.3.
¶ Martinus.4.
¶ Honorius.4.
¶ Nicolaus.4.
¶ Celeſtinus.5.
¶ Bonifacius 8.
¶ Benedictus.11.
¶ Clemens.5.
¶ Joannes.22.
¶ Benedictus.12.
¶ Clemens.6.
¶ Innocentius.6.
¶ Urbanus 5.
¶ Gregorius.11.
¶ Urbanus.6.
¶ Bonifacius.9.
¶ Innocentius.7.
¶ Alexander.5.
¶ Joannes.23.
¶ Martinus.5.
¶ Eugenius 4.
¶ Nicolaus.5.
¶ Calixtus.3.
¶ Pius.2.
¶ Paulus.2.
¶ Sixtus.4.
¶ Innocentius.8.
¶ Alexander.6.
¶ Pius 3.
¶ Julius.2.
¶ Leo.10.
¶ Adrianus.6.
¶ Clemens.7.

¶ Cōpendiū priuilegioꝛū: a varijs ſummis pōtificibus ⁊ apoſtolica ſede: frib⁹ minoꝛibus: necnō ⁊ alijs fribus mēdicātibus: eoꝛūq₃ oꝛdinibus cōceſſoꝛum: alphabetico oꝛdine congeſtum: foeliciter incipit.

Abbas.



Innocentius. 4. pꝛecepit abbatibus ⁊ cōuentibus oꝛdinis ciſterciēſis: quatenus omnes fratres quos de oꝛdine fratrū mino. receperant: remitterent ſine aliqua difficultate: ad miniſtros prouinciales: ⁊ ꝙ a taliū receptione de cetero abſtinerent. b. fo. 21. Et. ffo. 23. conce. 8. 1 Recipere fratres.

Alexander. 4. inhibuit diſtricte vniuerſis abbatibus: pꝛioꝛibus: pꝛepoſitis ⁊ conuentibus monaſterioꝝ ſancti benedicti ciſtercienſis: ſancti auguſtini premonſtrateñ. camaldulēñ. vallis vmbroſe oꝛdinum: ne pꝛetextu quarūcunq₃ literarū a ſede apoſtolica generaliter vel ſpecialiter obtentarū: ſeu obtinendarū: q̄ de pſentibus lrīs plenā ⁊ expſſa₃ nō facerēt mētionē: nō recipiāt fr̄es pfeſſos oꝛdinis mino. ſub pena excōicatiōis ipo facto icurrēda: a qua nequeāt abſolui niſi pſonalr̄ cōparcāt ante romanū pōtificē vl̄ ſedē aplicā. Et decreuit irritū foꝛe ⁊ inane. quicquid in contrariū factum fuerit vel atēptatū. b. fo. 28. Et ffo. 28. cōce. 20. 2 Recipere fratres.

Benedictus. 11. decreuit: ne aliquis frater cuiuſuis oꝛdinis mendicantiū poſſit tranſire ad oꝛdines monachoꝝ nigroꝝ: vel ciſtercientiū: vel ab eoꝛum abbatibus recipi: ſine romani pōtificis licētia ſpeciali: faciēte plenā ⁊ expꝛeſſam de conſtitutione huiuſmodi mentionem. B. ffo. 171. conce. 399. 3

Martinus. 5. fecit circa pꝛedicta quādam ampliſſimā puiſionem: que habetur in dictione apoſtate. §. 13. ⁊ in illa dictione reperies multa pertinentia ad huiuſmodi materiam. 4

Abbatiſſa.

¶ Diſtinctio conceſſionum ſubſcriptarum.

¶ ADUERTENDUM ꝙ ex infraſcriptis conceſſionibus atinentibus ad abbatiſſas: quedam concernunt earum electionem ⁊ durationem. Et iſte habentur in. §. 1. ⁊. 2. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 6. ac. 8. Alie vero pertinēt ad earūdem abbatiſſarum officiū ⁊ facultatem: circa bona monaſterioꝛum ſuoꝝ. Hec autem continentur in. §. 3. ⁊. 7. ⁊. 9. ac. 10. Collectoꝛ.

Innocentius. 4. ⁊ poſtea. Bonifacius. 8. oꝛdinauerūt ⁊ pꝛeceperūt: vt electio abbatiſſe monialiū ſancte Clare libere pertineat ad conuentū. b. fo. 32. Et ffo. 33. conce. 35. 1 Electio.

2 Electio. **Urbanus.** 4.idem ſtatuit quod Innocẽti⁹ ſupraſcriptus: ac multa alia concernẽtia officium abbatiſſe: prout late habetur regula quam ipſe ordinauit pro monialibus ſancte clare: rubrica .22. vide ibi.fo.289.tractatu.3.Et.ff.298.tractatu.2.

3 Clauſura. **Eugenius.** 4.ordinauit ꝙ ſicut abbatiſſe ⁊ alie ſorores ⁊ earum puiſore ad hoc deputate: tenent claues quibus ab intra porte monaſteriorum claudũtur: ſic per confeſſores: aut alias boneſtas perſonas (per miniſtros generales: aut prouinciales deputandas) ex parte exteriori habeantur claues ⁊ conſeruentur.b.fo.42.Et ffo.39.conce.44.

4 Electio. Pro monialib⁹.s. clare ⁊ tertij ordi. ¶ IDEM eugenius ſtatuit: ꝙ in electione ⁊ creatione abbatiſſarum ſeu miniſtrarum: vel matrũ ordinis ſancte Clare ⁊ tertij ordinis: ille tñ ex monialibus vel ſororibus vocem habeant: que per annos tres vel circa in earũdẽ monaſterijs: vel collegijs fuerint: in qua electione maior pars votorũ ad minus medietatem ſuperans: debeat conuenire.b.fo.46.Et ffo.42.conce.47.

5 Electio. **Nicolaus.** 5.Statuit ⁊ ordinauit: ꝙ electiones abbatiſſarum: ſeu matrum monialium: que a maiori parte earum numero dũtaxat facte fuerint: ſint cenſeãtur canonice. Ac ꝙ ad ipſorum monaſteriorum: ſeu domorum moniales aut ſorores ordinem ipſum profeſſas: etiam que per triennium vel circa in predictis monaſterijs moram traxerint: ſpectẽt ⁊ pertineant.b.fo.48.Et ffo.43.conce.48.

6 Electio. ¶ IDEM nicolaus ſtatuit ꝙ predictarum abbatiſſarum ſeu matrum monialium dignitates vel officia per annum tantum durent in partibus ciſmõtanis: ſcilicet italie ⁊ alijs ci anexis: temporeq; illo decurſo (etiam ſi iuſtas renunciationes non fecerint) vacent: ac vaccare cenſeantur. Et ꝙ in fine huiuſmodi anni a die electionis earum computandi: teneantur ſub excommunicationis pena (ipſo facto quo contra fecerint) incurrenda: renunciare regimini ⁊ adminiſtrationi monaſteriorum: ſeu domorum earum: ac ſigillum ⁊ claues monaſteriorum ⁊ officinarum reſtituere in manibus prouincialium fratrum minorum illarum prouinciarum in quibus monaſteria ⁊ loca ipſa conſiſtunt: vel ſaltem in manibus viſitatorum monaſteriorum: ſeu domorum huiuſmodi: per eoſdem prouinciales in congregatione fratrum deputandorum: ⁊ ad id ab eiſdem prouincialibus poteſtatem habẽtium. Et hoc voluit fieri in preſentia ſororum ſeu monialium ad id ſpecialiter vocatarum.b.fo.48.Et ffo.43.conce.48.

7 Receptio ad habitum vl' pfeſſionẽ. ¶ IDEM nicolaus ſtatuit: ꝙ predicte abbatiſſe: nec ſimul omnes moniales poſſint aliquã ad religionem: vel profeſſionem recipere: niſi de prouincialis: aut viſitatoris expreſſa licentia. Nec ſimiliter recipere preſumant: aut valeant aliquem in capellanum: vel receptũ retinere: niſi a prouinciali: vel viſitatore pro idoneo reputatus fuerit.b.fo.48.Et ffo.43.conce.48.

8 Electio. **Leo.** 10.(vt monaſteria monialium debite regantur ⁊ gubernẽtur: ac illorum abbatiſſe circa officium ſibi cõmiſſum: ſumma cum diligentia omniq; ſanctimonia: ſi non diuino amore: amotionis ſaltẽ metu ſemper intẽte exiſtãt) ſtatuit ⁊ mandauit: vt dum annis ſingulis a puincialibus: ſeu earum viſitatoribus viſitantur: abbatiſſe miniſterij ſeu officij abſolutionem a dictis viſitatoribus (iuxta deſuper vrbani.4.editam cõſtitutionẽ) petere teneantur. Nedum id verbo: ſed etiam facto realiter ⁊ cum effectu faciẽ

do. Ac etiam ſtatuit: ꝙ ſi eiſdem viſitatoribus videbitur: ⁊ ipſa neceſſitas: ac monaſterij exegerit reformatio: acceptare cum effectu debeāt. Et ꝙ huiuſmodi abbatiſſe: officium in ipſius viſitatoris manibus dimittere teneātur. Ita ꝙ mera ⁊ libera eidem viſitatori remaneat facultas: eiſdē ſororibus: ſeu monialibus ſub excōmunicatiōis ſententia ⁊ alijs ſibi viſis ſentētijs: cēſuris ⁊ penis precipiendi: vt circa alicuius abbatiſſe electionem intēdere debeant: aut alias iuxta ipſius predicte cōſtitutionis verba ⁊ tenorem procedendi. Et monialem que abbatiſſe miniſterium huiuſmodi geſſit: iuxta exceſſus exigētias corrigendi ⁊ caſtigandi: ac cenſuras ⁊ penas huiuſmodi iteratis vicibus aggrauandi: ⁊ alia in premiſſis neceſſaria: ſeu quomodolibet oportuna faciendi ⁊ exequendi. M. ffo. 40. conce. 128.

Cl IDEM leo cōceſſ. t licētiam ⁊ facultatem abbatiſſas ⁊ monialibus ſancte Clare vltra mōtanis: ſub obedientia fratrū mino. regularis obſer. exiſtētibus: vt de cōſenſu miniſtrorum prouincialiū: ac maioris partis cōuētum: poſſint bona ſuorum monaſteriorum (cuiuſcūq annui valoris ⁊ qualitatis fuerint) pro alijs immobilibus ⁊ ſtabilibus bonis ⁊ annuis reditibus ⁊ vaſallis: in euidētem vtilitatem eorūdem monaſteriorum permutare: ſeu illa vendere: vt ex precio illorum alia bona eiſdem monaſterijs vtiliora emantur: non obſtātibus quibuſcunq in contrarium facientibus. M. ffo. 43 conce. 138. 9

De bonis monaſterij.

Cl IDEM leo conceſſit abbatiſſis ⁊ monialibus ſancte Clare: vt pro emergentibus neceſſitatibus ⁊ euidentibus vtilitatibus cōuentuū ⁊ monaſteriorum monialium eiuſdem ſancte Clare: necnon ⁊ tertij ordinis: poſſint vēdi ⁊ alienari ac permutari quelibet bona immobilia dictorum monaſteriorum: de licētia ⁊ cōſenſu generalis: aut prouincialium miniſtrorum ⁊ duarum partium cōuentuum domorum ⁊ monaſteriorū quorū dicta bona fuerint. Ac ſimiliter de cōſenſu maioris partis earūdem: etiam vltra triēnium locare (vltimis teſtatorum volūtatibus non obſtātibus) dum modo id in cōuētuum: locorū ⁊ monaſteriorum ipſorum euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione a duobus vel tribus viris locorum: in quibus bona talia cōſiſtunt) cedere dignoſcatur. Super quo conſcientias prelatorum ⁊ prefatorum bonorum virorum onerat. M. ffo. 53. conce. 152. 10

De bonis monaſterij. *Pro monialib⁹. s. clare. ⁊ tertiarijs.*

Abſolutio.

Cl Diſtinctio generalis materie abſolutionis inferius annotate.

Quoniam multa valde ac nimis diuerſa pertinentia ad materiam abſolutionum reperiuntur in priuilegijs fratrum: que ſi ſimul ponerētur: non modicam cauſarēt prolixitatē ⁊ cōfuſionem: ideo operepreciū viſum eſt: huiuſmodi materiam ſic diuidere: ꝙ primo ponantur per ſe ea que attinent ad abſolutiōes fratrum inter ſe ipſos: ac deinde alia que perſonas ſeculares concernunt. *Collector.*

Abſolutio quoad fratres.

Cl Diſtinctio materie infraſcripte.

Cl ADUERTENDUM eſt. ꝙ inter cōceſſiones pertinētes ad abſolutiones fratrū inter ſeipſos: quedam ꝯcernūt abſolutionem ordinariā: que quotidie poteſt exerceri: cū opus fuerit. Et hmōi cōceſſiones ponūtur primo p ſe *Collector.*

procedendo per ordinē prout fuerūt ſucceſſiue cōceſſe. Alie vero conceſſiões pertinent ad abſolutionē extra ordinariā: qua ſcilicet ſolū certis diebus poſſunt fratres vti. Et iſte ſunt abſolutiones plenarie: ſʒ nō equales: vt infra patebit. Iſte autem ponuntur ordinate ſecūdo loco. In omnibus autem infraſcriptis conceſſionibus abſolutionū ſic ꝓceditur: ꝙ primo ponunt̄ cōceſſiones attinentes directe ad fratres mi. Ac deinde addūtur alie conceſſiões: que alijs fratribus mendicantibus facte reperiuntur.

Abſolutio ordinaria quoad fratres.

1
Excōicatio. Innocentius. 4. cōceſſit gn̄ali ꝛ ꝓuincialib⁹ miniſtris: vt eos ex fr̄ib⁹ ſuisq̄ ꝓ iniectiōe manuū in ſeipſos icurrerint excōicationis vinculū: aut in id añ ſuſceptū habitū iciderint: vel alias ſunt excōicati. valeāt abſoluere: niſi adeo graues ꝛ enormes ſint exceſſus ꝙ merito ſint ad ſedē aplicā diſtinādi. B. ffo. 104. ꝯce. 219.

2
Excōicatio. Alexander. 4. conceſſit: fratres minores poſſe abſolui a ſuis miniſtris ꝛ cuſtodibus: qn̄ incurrunt excōmunicationem maiorem participando cum excommunicatis: quando aggrauata eſt ſententia. b. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 74.

3
De cuſtodibus ꝛ guardianis. Clemens. 4. conceſſit ꝙ cuſtodes ꝛ guardiani fratrum mi. qui ſm ſtatuta dicti ordinis aliter ꝙ̄ per electionē inſtituuntur: poſt inſtitutionē ſeu prouiſionē de ipſis factā: curā animarū fratrū ſibi ſubditorum habeant: ipſoſqʒ ligare: ac ſoluere poſſint: iuxta ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309.

Collector. ¶ ADVERTE. ꝙ in mari magno fratrū carmelitarum extenditur predicta cōceſſio ad priores prouinciales ꝛ locales: ſeu conuentuales ꝛ alios officiales: qui ſm eiuſdem ordinis inſtituta aliter ꝙ̄ per electionem: a generali dicti ordinis inſtituuntur. Et ſic ratione communicationis priuilegiorū idem iudiciū erit de prouincialibus ꝛ alijs officialibus ordinis mi.

4
Pro nouitijs. ¶ IDEM clemens. 4. conceſſit generali ꝛ prouincialibus miniſtris eorūqʒ vices gerētibus ꝛ cuſtodib⁹: vt ſuo volētes aggregari cōſortio: ſcilʒ nouitios qui ſuſpēſionis: vel interdicti: vel excōicationis ſentētijs: a iure vel a iudice promulgatis generalr̄ ſint ligati: abſolutionis bn̄ficiū obſeruata forma canonica impartiri: ipſoſqʒ in fratres recipere valeāt. Ac eos q̄ poſt aſſumptū habitū vel ꝓfeſſionē emiſſaʒ: recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſentētijs inodatos: ſm formā predictā valeāt ꝑfati ꝑlati ac illorū vices gerētes abſoluere: ꝛ cū irregularibus diſpēſare: ſi forſan talibus inodati ſentētijs: vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina ꝑſumpſerint off. cia celebrare: vl' ordines recipe.

Excōicatio.

Pro ꝓfeſſis. Ita tñ ꝙ ſi aliq̄ ex talibus eiſdē ſentētijs ꝓpter debitū ſint aſtricti: ſatiſfaciāt vt tenent̄. Voluit tñ ꝙ niſi prefati mox ordinē intrauerint (etiā ſi ſup hoc eis

Diſpēſatio. inducie a prelatis eiuſdē ordinis concedātur) eoipſo in priſtinas ſententias a quibus eos abſolui contigerit: relabantur. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 320.

¶ IDEM clemēs in mari magno ihibuit vniuerſis fratrib⁹ ordinis minorum: ne aliqs eoꝝ (niſi neceſſitatis vrgēte articulo) alijs ꝙ̄ prelatis ſuis peccata

5
Prohibitio ſua confiteri preſumāt: vel alijs eiuſdem ordinis ſacerdotibus: niſi ſm regulam ꝛ ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 336. Et idē ha-

betur quo ad carmelitas. B.ffo.186.conce.475. Et quo ad fratres pdica. B.ffo.238.conce.563.

¶ IDEM clemens cōceſſit: vt generalis ⁊ ſinguli prouinciales miniſtri ⁊ eorum vicarij: ac etiam cuſtodes in prouincijs ⁊ cuſtodijs ſibi cōmiſſis: pdictis fratribus ibidem conſtitutis: necnon fratribus alijs eiuſdē ordinis: interdum ad eos declinantibus vndecūq3: abſolutione ⁊ diſpenſatione indigētibus: ſiue priuſq3 intrauerint ordinem ſiue poſt in caſibus exceſſerint: pro quibus excōmunicationis vel interdicti aut ſuſpēſionis incurrerint ſententias: a iure vel a iudice generaliter ꝓmulgatas: ⁊ huiuſmodi ſentētijs inodati: aut in locis ſuppoſitis interdicto: diuina officia celebrantes vel ſuſcipientes ordines ſic ligati: notam irregularitatis incurrerint: abſolutionis ⁊ diſpēſatiōis beneficiū valeant impartiri: niſi adeo fuerit grauis ⁊ enormis exceſſus ꝙ ſint ad ſedem apoſtolicam merito deſtinādi. Ac ſimiliter cōceſſit ꝙ fratres quos generalis ⁊ prouinciales miniſtri ⁊ eorum vicarij ac etiam cuſtodes: in proprios habuerint confeſſores: poſſint eis abſolutionis ⁊ diſpenſationis beneficium impartiri. B.fo.57. Et ffo.140.conce.318. Et.319. Diſpēſatio. Pro plātis.

¶ ADVERTE ꝙ caſus pro quibus fratres ad apoſtolicā ſedē ſunt merito deſtinandi: ſpecificantur a Sixto.4. prout ponuntur infra.§.9. Collector.

¶ ADVERTENDVM eſt aūt circa duas cōceſſiones ſuprapoſitas imediate: ꝙ auctoritas ⁊ facultas que ſuperius cōtinetur: extēditur in mari magno fratrū ordinis pdicatorū ad priores cōuentuales ⁊ vices eorum gerētes in cōuentibus ac locis eis cōmiſſis: ſic ꝙ prior cōuētualis ⁊ eius vicarius tātam poteſtatē habet circa abſolutiones ceſurarū ⁊ diſpēſationes irregularitatū quo ad ſuos ſubditos: quātā ꝓuincialis quo ad totā ꝓuinciā. B.ffo.136. cōce.548. Ex hoc vero ſequit ꝙ ſimilē auctoritatē habebūt guardiani ac eorum vicarij reſpectu ſuorum ſubditorum ⁊ aliorum fratrū ad eos dclinātiū: niſi p ſupiores prelatos limitet ſeu reſtringat hmōi auctoritas: ꝑut in ordine fieri conſueuit. Collector. Nota pro guardiāis ⁊ vicarijs.

¶ Aduerte tñ: ꝙ per bullam aureā fuit reſtricta prefata auctoritas ad generales ⁊ eorū vicarios: ⁊ ad illos quibus ipſi ducerēt cōmittēdum dūtaxat. Sed poſtea per quodā breue fuit cōceſſum predictis fratribus predicatorib⁹ ꝙ poſſint abſoluere ac diſpēſare iuxta conceſſionē quā habebāt ante dictam reſtrictionē: vt patet infra.§.26. Oportet inſup aduertere ꝙ vicarij de qbus ſupra fit mētio: quo ad fratres predicatores (iuxta cōſuetudinē eorum) intelligūtur illi qui propter mortē vel defectum prioris habent regimen cōuentuū. Et quo ad fratres minores ſimilimodo intelligēdum eſt de illis fratribus qui cōmuniter dicuntur preſidentes: ⁊ non de cōmunibus vicarijs.

EUGENIUS. 4. cōceſſit fratribus minorib⁹ obſeruātibus ꝓuinciarū regni caſtelle: quaten⁹ ſinguli prelati dicti ordinis quocūq3 noīe cenſeātur ⁊ cōfeſſores p hmōi prelatos deputati: ſingulorū conuentuū: locorum ⁊ heremitoriorū: poſſint oēs ⁊ ſingulos fratres ꝓfeſſos cōuerſos: atq3 nouitios habētes animū profitendi: necnō ꝑpetuo donatos ſeu oblatos preſentes ⁊ futuros: ⁊ quoſcūq3 pro tēpore familiares: ſeruitores: officiales: ⁊ cōtinue cōmēſales: domorum: cōuentuū: locorum ſiue heremitoriorum ſupradictorum: ab oībus ⁊ ſingulis peccatis criminib⁹ exceſſib⁹ ⁊ delictis: preterq3 ſedi aplice deſtinatis caſib⁹: ⁊ ab oībus ⁊ ſingulis hmōi cenſuris ſupradictis quas ex ignorātia vel inaduertētia icurrerint abſoluere: eiſq3 euchariſtie ſacramētū: 7 Particularis p regnis caſtelle. Pro pfeſſis. Pro nouicijs. Pro oblatis

Sacramēta. ac extreme vnctionis: ⁊ alia eccleſiaſtica ſacramēta miniſtrare: toties quoties neceſſariū fuerit vel oportunū. Ipſiq3 prelati: omnia ⁊ ſingula ſupradicta: alijs ipſius ordinis preſbyteris cōmittere: ac in premiſſis omnibus ⁊ ſingulis cum facultate premiſſa: confeſſores ſibi eligere ⁊ electos mutare: auctoritate predi-
Pro p̄latis. cta valeant. Conſtitutionibus apoſtolicis: ac ipſius ordinis inſtitutis ⁊ ordinationibus ceteriſq3 in contrarium facientibus non obſtātibus quibuſcūq3. Et q̄ gratia hec ſit perpetua. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 85.

8 **Nicolaus.** 5. cōceſſit: q̄ cōfeſſores monialiū ſctē clare ſeu alius frater eiuſdē ordinis ad hoc p̄ prouincialē pro tpe deputatus:
Pro monialibus ſancti clare. in oībus ⁊ p̄ oīa: iuxta formā ⁊ tenorē p̄uilegiorū ⁊ ꝯceſſionū eiſdē monialibus quo ad ipſarū pſonas a ſede aplica ſeu alr̄s quomodolibet ꝯceſſorū: in oībus preterq̄ꝫ dicte ſedi caſibus reſeruatis quoties fuerit oportunū eas abſoluere poſſit. Necnon ipſarum ſeruitrices (ſi id petierint humiliter) a quibuſcūq3 excōmu-
Pro ſeruitricibus monia. nicationis: ſuſpēſionis ⁊ interdicti: alijſq3 ſententijs: cēſuris ⁊ penis eccleſiaſticis quibus pro tempore innodate fuerint: iniūgendo que iniūgēda fuerint
Sacramēta. abſoluere: eiſq3 eucbariſtie ⁊ extreme vnctionis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare libere ⁊ licite valeant: dioceſanorum locorum ⁊ cuiuſcunq3 alterius licentia minime requiſita. b. fo. 49. Et ffo. 43. conce. 48.

9 **Sixtus.** 4. circa literas clemētis. 4. ſupradictas in. §. 6. quibus ꝯceſſerat miniſtris: vicarijs ⁊ cuſtodibus fratrū mino. facultatē
Declaratio caſuū reſeruatorū pape. abſoluēdi ⁊ diſpēſandi fratres eiuſdē ordinis: niſi talia perpetraſſent propter q̄ eſſent merito ad ſedē aplicā deſtinandi: declarauit dūtaxat eſſe ad ſedē aplicaꝫ merito deſtinādos: hereticos relapſos: ſciſmaticos: ⁊ qui literas aplicas falſificaſſent: aut ad infideles p̄hibita detuliſſent. Sed in reliqs oībus: etiam ſimonie prauitate irretitis: poſſe p̄ illos qbus inibi cōcedit: abſolutiōis ⁊ diſpēſationis bn̄ficiū: iuxta caſuū exigētiā impartiri. B. fo. 59. Et ffo. 143. ꝯce. 345.
Collector. ¶ Aduerte q̄ etiā pro relapſis in hereſim habetur alia conceſſio infra. §. 14.
¶ Aduerte etiā ac bene nota q̄ iſta ꝯceſſio videtur expiraſſe per mortē ꝯcedētis: ⁊ idē de oībus conceſſionibus tāgētibus predictū proceſſum bulle cene dn̄i: cū quolibet anno ille proceſſus cēſurarū de nouo p̄mulgetur: cū noua reſeruatio-
Nota. ne predictorū caſuū cū maximis cēſuris ꝯtra abſoluentes: ponēdo ibi expreſſe nō obſtātibus priuilegijs ⁊c. etiā ordinibus mēdicantibus cōceſſis: ⁊ alijs ſufficiētibus derogatorijs. Unde tpe capituli generaliſſimi ꝯſultus ſup hoc reuerēdiſſimus dn̄s cardinalis alexādrinus qui ⁊ prepoſitus appellat: reſpōdit reuerēdo patri bone memorie fratri martiali Boulier: qui fuit generalis vicarius iſtarū partiū dicēs: q̄ p̄lati nr̄i nō poterāt abſoluere fratres ſuos: ⁊ non ſolum ab illis quatuor caſibus contētis ſeu exceptis in mari magno: ſed nec ab aliquo alio i bulla cene ꝯtēto. Et q̄ illa ꝯceſſio vel declaratio ſixti i dicto mari magno potuit valere in vita ſua: q2 licet faceret proceſſum quolibet anno: ſemp intēdebat excipere fratres put ipſe conceſſerat niſi in dictis quatuor caſibus. Propterea reuerendiſſimus pater generalis prouideat: vel faciendo ipſe cum alijs generalibus aliorum ordinū q̄ ponatur ſemper in bulla cene dn̄i exceptio religioſorum quo ad fratres ſuos: vel precipiat vt quolibet anno procurator ordinis ſeu commiſſarius curie: trāſacta die iouis ſancti poſt p̄mulgatione cēſurarū: obtineat facultatē abſoluēdi ab illis caſibus oēs fratres: ⁊ alias perſonas ſuper quas prelati noſtri habent auctoritatē: ſcilicet moniales: tertiarios

vtriuſqȝ ſexus oblatos famulos ⁊ domeſticos.

¶ IDEM ſixtus conceſſit: ꝓuincialibus: vt poſſint abſoluere oēs fratres 10
ſuos a cenſuris ⁊ ſententijs eccleſiaſticis: ac etiā cum eis diſpenſare ſm tenorē
conceſſionis clemētis. 4. ſcilicet ſuperius poſite. §. 6. non obſtāte limitatione Diſpēſatio.
ſeu reſtrictione per eūdem Sixtum poſtmodum facta: qua idem ſolū ad mi-
niſtrum generalem ⁊ eius vicarios limitauerat ⁊ reſtrinxerat: ſcilicet in bulla
aurea. b. fo. 54. Et ffo. 50. conce. 55.

¶ Aduertendum eſt circa huiuſmodi cōceſſionem ꝙ predicta auctoritate ca- Collector.
rent cuſtodes: niſi eis ſpecialiter committatur a miniſtris: qꝛ non ſunt nomi-
nati in conceſſione.

¶ IDEM ſixtus ordinauit ꝙ fratres minores obſer. nō poſſint abſolui de 11
caſibus reſeruatis miniſtris: niſi de licentia generalis aut eorūdem miniſtro- Prohibitio
rum ſeu vicariorum prouincialium: non obſtātibus literis eiuſdem ſixti ſub
quacūqȝ verborum forma eiſdem fratribus conceſſis: ceteriſqȝ contrarijs q- Caſus reſer-
buſcunqȝ. b. fo. 54. Et ffo. 50. conce. 55. uati.

Innocentius. 8. declarauit fratres mino. nō poſſe nec debere eli- 12
gere confeſſores: nec a caſibus reſeruatis abſolui Prohibitio.
vigore bulle cruciate quā ipſe dederat in hiſpania: niſi de conſenſu ⁊ benepla
cito ſuorum prelatorum prouincialiū ſeu generalium: ⁊ ꝙ quecūqȝ alia abſo- Cruciata.
lutio quoad fratres irrita ſit ⁊ inanis. b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 59.

¶ Aduertendum eſt ꝙ conſimilem reuocationē ſeu declarationem facere alij Collector.
pontifices qui alias dederunt bullas cruciate: ſed iſte reuocationes non ſunt
perpetue: quia non ſe extendunt ad bullas cruciate futuras. Et ideo quando-
cūqȝ venerit noua cruciata: oportet habere nouam reuocationē illius ad hoc
vt fratres nequeāt illa vti: ſi talis bulla expreſſe extendatur ad fratres mino-
res: ⁊ habeat ſufficientes non obſtantias ſeu derogationes.

Alexander. 6. declarauit ⁊ decreuit: ꝙ generales ⁊ prouinciales ac 13
guardiani poſſint reſeruare caſus de occultis inter re- Prelati.
ligioſos. Et ꝙ abſoluētes a talibus poſt huiuſmodi reſeruationem: nullam fa Reſeruatio
ciunt abſolutionem: ⁊ incidunt in penam abſoluentium a caſibus non con- caſuum.
ceſſis. b. ffo. 56. conce. 66. Et ff. 3. conce. 2.

¶ IDEM alexander conceſſit generali ⁊ prouincialibus ⁊ cuſtodibus ordi- 14
nis mino. obſer. vltramontanis plenarie facultatem ⁊ auctoritatem: vt quoſ- Prelati.
cūqȝ ſubditos ſuos (fratres videlicet ⁊ mōiales ſancte clare: ac vtriuſqȝ ſexus
tertiarios de penitentia nūcupatos) inuenerint in aliquo hereſis vel apoſtaſie
crimine lapſos: etiam ſi ſint relapſi: poſſint eos abſoluere ⁊ cum eis diſpenſa-
re: necnon prefatorum relapſorum penas a iure inſtitutas commutare: pro ſa-
tis qualitate ⁊ quātitate: alijſqȝ debitis circunſtantijs: augēdo: aggrauando: Caſus reſer-
vel diminuendo toties quoties opus fuerit: ⁊ prout ſm deum viderint expe- uati.
dire: dummodo talium relapſorum crimina publica ⁊ notoria apud ſecula-
res non ſint: vt ex hoc ſcandalum oriri poſſit. o. fo. 65. Et ffo. 70. conce. 164.
Et ffo. 100. conce. 379.

¶ Aduerte tamē ꝙ quia iſti caſus ſunt de contētis in bulla cene domini: que Collector.
bulla quolibet anno renouatur: videtur ꝙ predicta conceſſio ſit reuocata. Et
idem de ſimilibus conceſſiōibus. Rationem huius vide ſupra in hac dictio-
ne poſt. §. 9.

Heretici relapſi

15 ¶ IDEM Alexāder cōceſſit vt generalis ⁊ ꝓuinciales poſſint abſoluere fra
Caſus reſeruati. tres: qui exiſtēte in ſeculo incurriſſent cēſurā eccleſiaſticā propter delationē li gnaminū ſeu ferramētoꝝ ad partes infidelium. o. fff. 99. conce. 358.
Collector. ¶ ADUERTE tamen ꝙ cū iſte caſus ſit de proceſſu cene dn̄i: predicta con ceſſio videtur ꝙ ſpirauit mortuo cōcedēte. Uide ſupra ī hac dictiōe poſt. §. 9.
16 ¶ IDEM Alexāder. 6. cōceſſit ꝙ prelati fratrū mino. obſer. poſſint percute
Correctio. re per ſe ⁊ per alium cauſa correctionis: ⁊ ꝙ nō cogantur hoc facere cū ꝓpria
Excōicatio. perſona etiā ſi neceſſitas nō vrgeat. Nō obſtante capitulo vniuerſitatis: ꝺ ſen
Collector. tētia excōicatiōis. o. fff. 70. cōce. 175. Et fff. 99. cōce. 359. ¶ Hec ꝯceſſio licet videatur impertinens huic materie ponitur hic quia nōnulli arbitrātur ꝙ in abſolutiōibus publicis apoſtataꝝ: requiratur ꝙ prelatus percutiat manu pro pria: de quo habetur melior conceſſio infra. §. 22.

17 LEO. 10. prohibuit ⁊ declarauit: ꝙ nullus fratrū mino. regul'. obſer. poſ ſit accipere bullas cruciate ſeu alias īdulgētias generales cōceſſas aut cōcedēdas: vt poſſit vti gratijs ibi cōtētis (vt pote cōtra regularia ordinis
Cruciata. inſtituta cōfiteri q̄buſcūq; ſacerdotibus: ⁊ abſolui a caſib⁹ reſeruatis) niſi ſo lum ob aliquā neceſſitatē particularē: ꝓ qua ꝑdicte obſeruātie auctoritas nō
Caſus reſeruati. eſſet cōceſſa. Et tūc examinata hmōi neceſſitate a gn̄ali vel ꝓuincialib⁹ aut cuſtodib⁹: ac de coꝝ expreſſa licētia ⁊ in ſcriptis habita. Nō obſtātib⁹ bullis: etiā ſi in eis expreſſe inhibeatur prelatis ſub cēſuris: ne ſubditos ſuos a taliū bullaꝝ acceptione prohibeāt: ⁊ ſubditis libera facultas eas accipiēdi tribua
18 tur: ceteriſq; in contrarium facientibus qui buſcūq;. O. fff. 60. 178.
Cruciata. ¶ Idem Leo poſtea prohibuit ſub excōmunicatiōis late ſentētie pena: ne fra tres predicti: aut moniales. s. Clare: ſeu tertie regule vtātur vllo modo gratijs indulgētijs: libertatibus: immunitatibus bullaꝝ cruciate: ſeu aliaꝝ conſimi
19 lium: quouis queſito colore cōtra obediētiam ordinis: ⁊ abſq; ſpeciali licētia
Pro fr̄ibus itinerātib⁹. ſuorum ſuperiorum. B. fff. 48. conce. 144.
¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ fratres predicatores ⁊ alij fratres: quādo ſunt extra cōuentū: ⁊ nō poſſunt habere copiā ſacerdotis: q2 nō habent ſociū cōfeſſoreꝫ:
20 poſſint cōfiteri petā ſua alteri religioſo alteri⁹ ordinis vel presbitero ſeculari.
Profeſſio. Et hoc dūmodo fiat ſine fraude ⁊ dicāt prelato ſuo. o. fff. 94. conce. 301.
Excōicatio. ¶ IDEM leo in cōcilio Lateranē. ſtatuit ꝙ excōicati profiteri volētes ali
21 quem ordinem fratrum mendicantium: vbi de intereſſe tertij agetur: abſolui non poſſint niſi preuia ſatiſfactione. B. fff. 26. conce. 84.
Pro oībus mēdicātib⁹. ¶ IDEM leo cōceſſit generalibus ſingulorū ordinū mēdicantiū ⁊ corū vica rijs: ac etiā illis q̄bus ipſi generales duxerint ſpecial'r cōmittēdum: vt poſſint abſoluere ſubditos ſuos reſpectiue: ab oībus ⁊ ſingulis caſibus ⁊ cēſuris ſm̄ conceſſiones ⁊ declarationes. Sixti. 4. ⁊ Julij. 2. ⁊ alioꝝ Romanoꝝ ponti ficum: non obſtantibus reuocationibus: reſtrictionibus reſeruationibus: con ſtitutionibus: ⁊ ordinationibus apoſtolicis nuper in Lateranē. concilio vel alias quomodolibet factis vel ſi in poſterum fierent. B. fff. 27. conce. 89.
22 ¶ IDEM leo cōceſſit oībus fratribus mino. obſer. vtriuſq; familie: ꝙ pla
Excōicatio. ti ordinis cum aliquem fratrē propter apoſtaſiam vel aliā cauſam excōicāt in capitulo fratrum vel in cōītate: nō teneātur proferre ſententiā in ſcriptis ꝓut in iure ſub pena ſuſpenſionis precipitur ꝓferētibus. o. fff. 93. conce. 291.
23 ¶ IDEM leo ꝯceſſit ꝙ quādo aliquē fratrem cauſa correctiōis vel abſolu

tionis opoꝛtet verberare: poſſint p̄lati noſtri ⁊ eoꝝ cõmiſſarij: manu vicarij [Coꝛrectio.]
vel cuiuſuis alterius fratris ſubditi eum verberare ſeu diſciplinare: nõ obſtā
te capitulo vniuerſitatis de ſentētia excommunicationis. o. ff. 93. conce. 292.
¶ Aduerte ꝙ in ſuplemento priuilegioꝝ reperitur quedā conceſſio in fauoꝛē [Collectoꝛ.]
fratrum confeſſoꝝ: que vt poteſt conijci ex alia conceſſione p̄cedente illam:
videtur eſſe Martini. 5. Cuius tenoꝛ talis eſt.

¶ Item cū ſepe boni religioſi ex charitate vel p̄latoꝝ obediētia cogātur ad [Pro ſimpli-
cõfeſſiones audiēdaſ: ⁊ ſint multiplices ⁊ inexplicabiles ſententie excõicatio [cib⁹ cõfeſſo.]
nis i coꝛpoꝛe iuris: quaꝝ nõnulle etiā a peritiſſimis ignoꝛātur: ex quo dicti re
ligioſi ꝓpter cõſcientie timoꝛē: q̄m dubitant ſe incurriſſe aliquā ceſurā abſol
uendo inaduertēter aliquos aliqua excõicatione innodatos: cuius excõicatio [Excõicatio.]
nis abſolutio ſup̄ioꝛi reſeruatur: ne dicti religioſi cogātur cõtra charitatē vel
p̄latoꝝ obedientiā facere: vel p̄fatas metuere ſcrupuloſitates: conceditur ꝙ
dicti religioſi: ſi p̄fata vel ſimili cauſa inaduertēter incurrerint irregularita- [Diſpēſatio.]
tē vel excõicationē: poſſint per eoſdē idoneos ꝯfeſſoꝛes: auctoꝛitate ap̄lica ab
ſolui ⁊ diſpēſari cū opoꝛtuerit. Et ꝙ p̄dicta vires habeāt oꝛaculo viuevocis
nõ obſtāte ꝙ nõ fiat bulla: vel q̄buſcūq; alijs cõtrarijs: niſi ex craſſa ⁊ ſupina
ignoꝛantia: cenſuram vel irregularitatem incurrerint. o. ffo. 101. conce. 410.

¶ Sequūtur aliqua circa abſolutiones p̄fatas: extracta ex ꝓuilegijs alio
rum fratrū mēdicātiū. Et p̄mo ex priuilegijs fratrum p̄dicatoꝝ.

Innocentius. 4. ꝓhibuit ne fratres quoꝝcūq; oꝛdinū habētes 23
licētiā generalē confeſſiones audiēdi: habeāt ali- [Pꝛohibitio.]
quam auctoꝛitatē audiendi in confeſſione fratres oꝛdinis p̄dicatoꝝ: nec ꝑ
cõſequēs fratres oꝛdinis mi. ꝓpter ꝓuilegioꝝ cõicationē. b. ffo. 72. cõce. 186. 24

Sixtus. 4. conceſſit fratribus oꝛdinis p̄dicatoꝝ hiſpanie ⁊ lõbar- [Diſpēſatio. Particula-
die obſeruātib⁹: vt poſſint abſoluere ⁊ diſpēſare: ſicut pote- [rijs p regnis
rāt añ reſtrictionē bulle auree. virtute ꝓuilegij i mari magno ꝯtēti. b. ffo. 74. [Hiſpanie.]
cõce. 192. ¶ Aduertēdū ꝙ q2 hec ꝯceſſio nõ fuit vniuerſalis: ideo virtute cõi
cationis ꝓuilegioꝝ ſolū poſſunt vti illa fratres mi. obſer. hiſpanie ⁊ lõbardie. 25
¶ IDEM Sixtus conceſſit toti oꝛdini fratrū p̄dicatoꝝ: ꝙ gn̄ales ⁊ p̄oꝛes [Caſus reſer-
ꝓuinciales ac eoꝝ vicarij pro tēpoꝛe exiſtētes: ⁊ hij quibus ipſi duxerint com- [uati.]
mittendū: habeāt eandē abſoluēdi facultatē ⁊ diſpēſandi quam habebant ex
mari magno ſeu alijs literis ap̄licis: ante reſtrictionē bulle auree: p̄oꝛes vero
conuentum illā ſolūmodo auctoꝛitatē habere cenſeantur: quā prius habebāt
ex priuilegijs ⁊ literis p̄deceſſoꝝ eiuſdem Sixti. b. ffo. 74. conce. 193.
¶ IDEM ſixtus conceſſit p̄latis oꝛdinis p̄dicatoꝝ regnoꝝ caſtelle ⁊ le- 26
gionis refoꝛmatis: ꝙ poſſint cõcedere fratrib⁹ ſuis: vt dū itinerauerint vl' fue [Pro fratri-
rint extra cõuētus ſuos dūtaxat: valeāt cõfiteri q̄buſcūq; ſacerdotib⁹ regulari [bus itinerā-
bus vl' ſclarib⁹: ⁊ ꝙ ſil'r poſſint facere ipi p̄lati. B. fo. 45. Et ffo. 129. ꝯce. 288. [tibus.]

¶ Ex priuilegijs fratrum carmelitarum.

Eugenius. 4. conceſſit generali ⁊ ꝓuincialibus ac p̄oꝛibus oꝛdi- 27
nis carmelitaꝝ vt in cõfeſſionibus audiēdis: ⁊ abſolu-
tionibus impendendis ⁊ penitentijs iniungendis: aliiſq; ſalutem animarum
dūtaxat cõcernētibus exequendis: omnium ⁊ ſinguloꝝ dicti oꝛdinis fra-
trum: eandem ⁊ talem poteſtatem ⁊ facultatem habeant: qualem in p̄miſ-
ſis minoꝛes penitentiarij ſedis apoſtolice ſeu curie Romane ex officio habēt

⁊ exercent. B.fo.85.Et ffo.169.conce.393. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi cõceſſio de nihilo videtur poſſe deſeruire: quia ignoratur ad quid ſe extẽdat facultas quam habent p̄fati minores penitentiarij.

Collector. ¶ Circa conceſſiones ſuperius annotatas: nõnulla dubia occurrũt ſcitu digna: quibus breuiter reſpondebitur hic (ꝓut in famatiſſima vniuerſitate Salmantina) a pluribus ⁊ inſignibus iuriſperitis reſponſum eſt.

Primũ dubium. ¶ Primum dubium eſt: in quibus p̄latorum ſacri ordinis mi. regularis obſeruantie: ſit hodie poteſtas ⁊ facultas abſoluẽdi ⁊ diſpenſandi: de his videlicet de quibus per Clementem. 4. ⁊ Sixtum etiam. 4. habetur ſupra. §. 6. ⁊ §. 9. ⁊c. 10. Et omiſſis multis que hincinde adduci poſſent: veritas eſt ꝙ ſolũmodo eſt hodie predicta poteſtas ſeu facultas in generalibus ⁊ ꝓuincialibus Ratio eſt: q꞉ ſic ſonant dicta priuilegia: quorum tenori ⁊ litere eſt ſtandũ. Nã licet Sixtus. 4. in bulla aurea vt habetur. B. fo. 65. Et ffo. 148. conce. 361. coarctauerit ſeu reſtrinxerit predictam facultatẽ ad ſolos generales eorumq꞉ vicarios ⁊ ad illos quibus ipſi pro tempore duxerint committendum dumtaxat (dico ſemper inter fratres regularis obſeruantie) ſed poſtea idem Sixtus per quoddam breue de quo fit mentio ſupra. §. 10. conceſſit ꝓuincialibus fratrũ obſeruantie: vt poſſint abſoluere omnes fratres ſuos (non obſtãte predicta reſtrictione ad ſolos generales facta). Et idem conceſſit p̄fatus Sixtus fratribus obſeruãtibus hiſpanie ⁊ lõbardie ordinis p̄dicatorum: vt patet ſupra. §. 24. Et cũ non reperiãtur alie litere aplice circa hec: ideo p̄dictis eſt ſtandum.

Secundum dubium. ¶ Secundum dubium eſt: vtrum poteſtas ⁊ facultas huiuſmodi ſit ordinaria in prouincialibus an delegata. Deſeruit autem valde hoc dubiũ: ad ſciendum in quibus caſibus poſſunt p̄fati p̄lati ſubdelegare: ⁊ in quibus non. Et omiſſis multis q̄ pro ⁊ contra poſſent adduci: dicitur ꝙ ꝓ indubitato haberi debet ꝙ eſt ordinaria ⁊ non delegata. Sed pro ampliori elucidatione huius materie eſt notanda ſequẽs queſtio. Queritur enim a doctoribus: vtrum iuriſditio emanans ex cõmiſſione perpetua facta papa vel principe: vel a cõmunitate non recognoſcente ſuperiorẽ: ſit ordinaria vel d̄legata? Et dimiſſis contẽtionibus reſpondetur ꝙ eſt ordinaria. Ita tenet glo. ⁊ ibi Bartolus in l. pluribus. ff. de procuratoribus. Idem tenet alia glo. ⁊ clarius in. c. ſi. de officio ordinarij. ibi cum conceſſum ſit ei priuilegium perpetuum. Ad qḋ dicitur vnica per Baldum ibi. Item eſt doctrina Bartoli in. l. prima. §. ſi plures ff. de exerci. actiõe in prima colũ. Sed clarius immo clariſſime tenet Baldus in. l. vnica. ff. de. offi. conſu. cuius verba ſunt hec. Nono queritur vtrum cõmiſſio facit quem ordinarium ſeu delegatum. Reſpondeo: ſi eſt commiſſio ꝑpetua facit ordinarium: ſi autem temporalis: vt pote quia dicit reformatio cõmunis Piſaꝝ ꝙ p̄ſentes domini Anciani piſane ciuitatis poſſint oia q̄ poteſt totum commune piſarum: tũc eſt auctoritas delegata ⁊ non ordinaria. Et ſic cum commiſſio facta ꝓuincialibus fratrum mi. vt poſſint abſoluere ⁊ diſpenſare in certis caſibus ſit perpetua: plane conſtat ꝙ facit eos ordinarios. Igitur auctoritas de qua ſupra: data ꝓuincialibus a papa eſt ordinaria.

an auctoribus a [illegible] pontifice data prelatis sit ordinaria vel delegata.

¶ Aduertendum eſt tamen ꝙ poſſet aliquis obijcere contra ſupradicta dicẽs ꝙ licet bene probatum ſit p̄fatos prouinciales eſſe ordinarios: ſi predicta facultas ⁊ poteſtas eſſet iuriſdictio: ſed cum potius videatur eſſe cõmiſſum eis arbitrium in huiuſmodi abſolutione ⁊ diſpẽſatione q̄ȝ iuriſdictio: ſeqtur ꝙ

non valeant dici oꝛdinarij. Adhoc reſpondetur: ꝙ dato caſu qꝺ ſit arbitriū ⁊ non iuriſdictio: adhuc in huiuſmodi arbitrio ſunt oꝛdinarij ⁊ non delegati. Ita tenet Bartolus ſingulariter in .l.ij.ff.ꝺ opti.lega.in fi.colū.ſed longi⁹ ⁊ ſingularius in .l. Ambicioſa.ff.de decre.ab oꝛdi.fa.loquēs ſemper ī arbitrio: vbi poſt multas diſtinctiones ponit ſequentia verba. An autem videatur cōceſſum per modum cuiuſdam iuriſdictiōis oꝛdinarie vel delegate. Dico verba ſtatuti ſeu refoꝛmationis concedentis ſtatutum eſſe diligenter inſpiciēda. Si enim hoc concedit officio: vt qꝛ dicunt illa verba. Ad officium pꝛioꝛum pertineat arbitrium ⁊c. videtur conceſſum officio. Et tunc pꝛioꝛes poterunt vigoꝛe ſui officij ex poteſtate oꝛdinaria. Ponderanda ſunt valde pꝛefata verba Bartoli: quia non dixit: an videatur conceſſa iuriſdictio oꝛdinaria in arbitrio: ſed an videatur conceſſum arbitrium per modum iuriſdictionis oꝛdinarie. Ex qua ponderatione colligūtur duo ⁊ ambo ſingularia in ꝓpoſito. Unum qꝺ non idem ſunt arbitrium ⁊ iuriſdictio. Secundum qꝺ poteſt cōcedi arbitrium ad inſtar iuriſdictionis oꝛdinarie. Idem tenet Baldus in .l. Moꝛ.ff.de iuriſdi.omniū iudi.in fi.colū. Et ſic ex omnibus ſupꝛadictis apparet euidenter qꝺ auctoꝛitas de qua ſupꝛa eſt oꝛdinaria ⁊ non delegata: cum ſit commiſſa officio ⁊ non perſone nominate: ⁊ qꝛ eſt commiſſio perpetua ⁊ nō tēpoꝛalis facta a ſupꝛemo pꝛincipe papa: qui in terris nō hꝫ ſuperioꝛem.

¶ Tertiū dubiū eſt vtrū guardiani qbus ꝓuinciales cōmittūt auctoꝛitatē abſoluēdi a caſib⁹ cis reſeruatis poſſint cōmittere hmōi auctoꝛitatē alijs fratribus. Ad hoc reſpōdetur qꝺ nō: niſi quādo tales guardiani eſſent cōmiſſarij ꝓuincialiū cū plenitudine poteſtatis. Ratio hui⁹ eſt qꝛ ſm iura delegat⁹ ab inferioꝛe a pꝛincipe nō pōt ſubdelegare: niſi ſit delegatus ad vniuerſitatē cauſaꝝ: vel niſi hoc ſibi ſpāl'r ꝯcedat ſm Joā.and.ꝑ.c. Is cui. de offi.delega.li.vj. Tertiuʒ dubium.

Abſolutio extraoꝛdiaria quoad fratres

¶ Sequitur ſecundum pꝛincipale pertinens ad abſolutionem fratrum extraoꝛdinariam que ſcilicet poteſt eis impendi certis ac determinatis diebus. Collectoꝛ

Eugenius. 4. cōceſſit fratribus minoꝛibus ꝺ obſer. vt poſſint abſolui ꝑ cōfeſſoꝛem ab eis electum de ſuoꝛum licētia ſuperioꝛuꝫ: ſemel tātum ab omnibus cēſuris ⁊ penis: excepto falſificationis literarū apoſtolicarum crimine.o.fo.61. Et ffo.64.conce.84. 1 Caſus reſeruati pape.

¶ Aduerte circa huiuſmodi ꝯceſſionē: ea q̄ poſita ſunt ſupꝛa in dictione. Abſolutio oꝛdinaria quo ad fratres poſt.§.9. Collectoꝛ.

¶ IDEM Eugenius conceſſit fratribus mino.de obſer.ꝓuinciarum regni Caſtelle: quatenus ſinguli pꝛelati dicti oꝛdinis quocunqꝫ nomine cenſeātur: ⁊ confeſſoꝛes per ipſos pꝛelatos deputati vel pro tempoꝛe deputandi: ſingulorum conuentuum: locoꝛum: domoꝛum: ⁊ heremitoꝛioꝛum huiuſmodi: poſſint ſemel tantum abſoluere omnes ⁊ ſingulos fratres pꝛofeſſos: conuerſos atqꝫ nouitios habentes pꝛopoſitum pꝛofitendi: necnō perpetuo donatos: oblatos: pꝛeſentes ⁊ futuros ipoꝛum conuentuū: locoꝛū: domoꝛū: ⁊ heremitoꝛioꝝ hmōi: ab oībus ⁊ ſingulis ſuis pctis exceſſib⁹ ⁊ delictis: etiā q̄ꝫtūcūqꝫ 2 Pro pꝛofeſſis fratrib⁹. Pro nouitijs. Pro oblatis Abſolutio plenaria pro ſemel ī vita.

enormibus: et a quacunque ſimonia in curia vel alias vbicunque: ante et poſt ingreſſum religionis commiſſa: necnon quibuſcunque excommunicationum: ſuſpenſionum et interdicti: alijſque eccleſiaſticis cenſuris et penis: a iure vel ab homine: apoſtolica vel ſedis apoſtolice legatorum: delegatorum vel ſubdelegatorum: ordinaria vel alia quauis auctoritate: etiam per ſinodales aut prouinciales: aut generalium conciliorum conſtitutiones et quoſcunque proceſſus apoſtolicos et quaſcunque extrauagantes: vel iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta quomodolibet promulgatis in genere vel in ſpecie: ſi quas incurrerint ante et poſt ingreſſum religionis etiam ſi talia ſint propter que apoſtolica ſedes ſpecialiter et expreſſe ſit merito conſulenda. Necnon cum ſingulis ſupradictis ſuper quibuſcunque irregularitatibus et inhabilitatibus quouis modo contractis: in omnibus et ſingulis etiam ſedi predicte ſpecialiter et expreſſe reſeruatis (bigamie: homicidij voluntarij: mutilationis membri caſibus: duntaxat exceptis) ſemel ſimiliter diſpenſare: ac eos habilitare: vt non promoti ad omnes ſacros ordines et miſſarum celebrationem promoueri poſſint: et ipſi promoti in eiſdem miniſtrare valeant. Et quod ad quaſcunque dignitates adminiſtrationes et officia dicti ordinis (etiam ſi curam habeant animarum) recipi: illiſque preſici et aſſumi apoſtolica auctoritate valeant et poſſint. Et voluit quod ſi predictas cenſuras vel earum aliquam ignoranter vel inaduertenter incurrere contigerit: a talibus prelati et confeſſores ſupradicti quoties opus fuerit et oportunum abſoluere: ac ſuper irregularitate vel irregularitatibus ex talibus cenſuris: poſtea celebrando vel predicando vel diuinis ſe immiſcendo vel alias contracta vel contractis: quoties opus fuerit: vt ſimiliter diſpenſare auctoritate predicta valeant: miſericorditer de gratia ſpeciali conceſſit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 85.

Cenſure. — *Diſpenſatio pro ſemel in vita.* — *Promotio ad ordines ſacros et. Officia ordinis.*

3 ¶ IDEM eugenius conceſſit omnibus et ſingulis ſupradictis preſentibus et futuris: prelatis et ſubditis: profeſſis: conuerſis: et cum propoſito profitendi nouitijs: in ſinceritate fidei et vnitate ſancte romane eccleſie et obedientia ſue ſanctitatis ſuorumque ſucceſſorum romanorum pontificum canonice intrantium exiſtentibus: quod eis quicunque preſbiteri ſeculares vel regulares perpetuis temporibus: omnium peccatorum ſuorum de quibus in genere vel in ſpecie corde contriti et ore confeſſi fuerint: et etiam de oblitis: indulgentiam et remiſſionem in mortis articulo auctoritate apoſtolica libere et licite concedere valeant: ita etiam quod ſi in illo reputato mortis articulo non deceſſerint: ſemper indulgentia predicta intelligatur reſeruari ad verum mortis articulum. Sed ne (quod abſit) propter huiuſmodi gratiam: reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda: voluit quod ſi ex confidentia huiuſmodi aliqua forſan committant: ad talia predicta indulgentia nullatenus ſuffragetur.

Particularis pro regnis caſtelle. — *Indu. pleni. in mortis articulo.*

¶ Voluit etiam idem dominus papa: quod ſinguli predictorum qui ſufficientis literature fuerint: per vnum annum a tempore quo conceſſione huiuſmodi gaudere voluerint: ſingulis ſeptimanis (impedimento ceſſante legitimo) ſemel ſeptem pſalmos penitentiales cum letania recitent ſiue legant: alij vero non ſufficienter literati: alias orationes (iuxta confeſſorum ſuorum arbitrium: prout animarum ſuarum ſaluti viſum fuerit) dicere teneantur. Et quod ſi forſan impedimento detenti: in dictis annorum ſeptimanis orationes predictas comode dicere non potuerint: vel ex inaduertentia aut obliuione omiſerint: ex tunc in alia ſeptimana ſequentis anni ſupplere teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 86.

Aduerte ad conditionem hic poſitam.

Sixtus. 4.conceſſit oibus fratribus mino.de obſer.tam profeſſis ꝙ nouitijs:qui tamē habēt propoſitum ꝓfitendi:necnon ſororibus ſancte Clare:ꝛ Tertiarijs vtriuſqꝫ ſexus: ꝛ famulis ꝛ ſeruitoribꝰ pdictorū omnium:vt quilibet eoꝝ poſſit ſemel eligere confeſſorē de hmōi obſeruantia:q audita eius cōfeſſione penitenti ī ſalutarē iniūgendo: abſoluat eos ab oibus criminibus:exceſſibus ꝛ cēſuris eccleſiaſticis:ꝛ diſpenſet cū eis in oibus irregularitatibꝰ:ſi quas forte cōtraxerint(homicidio volūtario: ꝛ mutilatione mēbri ſemper exceptis)ꝛ ei remiſſionem generaleꝫ ꝛ plenariā omniū peccatorum impartiri valeat.Et ꝙ hoc idem poſſit in mortis articulo. o. fo. 64.Et ffo.68.conce.131. 4 Abſolutio plena ꝫ p ſemel i vita ꝛ in mortis articulo. Diſpenſatio

CADUERTE circa hanc conceſſioneꝫ:ꝙ licet ſixtus nō excipiat in ea irregularitatē ex bigamia ꝓuenientē:tn̄ pro excepta debet ſemper haberi : qꝛ eſt grauior reliquis ad diſpenſandū.Et qꝛ in alia conceſſione infrapoſita in dictione.Diſpenſatio.§.11.illā excepit expreſſe. Et quia forte illa facta fuit poſt iſtam:licet hoc non conſtet:quia non habent datas. Utrū tamen aliter ſit iudicandum:prudens lector aduertat. Collector.

CIDEM ſixtus cōceſſit oibus ꝛ ſingulis predicatorum ꝛ mino.ordinum profeſſoribus:qui tūc erāt ꝛ qui ꝓ tpe perpetuo erūt:vt confeſſor idoneꝰ eorundē ordinum:quem quilibet pro ſe de ſui ſuperioris licētia duxerit eligendum:eorūdem confeſſione diligēter audita:pro cōmiſſis per eos exceſſibus ꝛ peccatis:ſemel in vita ꝛ in mortis articulo:plenariā abſolutionē ꝛ peccatorū huiuſmodi remiſſionē impendere valeat:etiā ſi ante factā eorundē ordinuꝫ profeſſionem eos decedere contigerit.B.fo.65.Et ffo.148.conce.360. 5 Abſolutio plenaria pro ſemel ī vita ꝛ in mortis articulo.

Leo. 10.conceſſit licentiā ꝛ facultatē oibus monialibus ſancte Clare ꝛ ancillis beate virginis:vt quater in anno poſſint ſe a ſuis ſuperioribus ſiue confeſſoribus:aut alijs fratribus de ordine fratrū mino.per ſuperiores deputatis facere abſolui:ab omnibus peccatis ſuis:qualitercūqꝫ commiſſis.Ac ſimiliter abſolui vel potius diſpēſari ab oibꝰ ꝛ ſingulis votis(exceptis ſubſtantialibus emiſſis in earū ꝓfeſſione)que ſolent feminea leuitate,p qualibet minima neceſſitate emitti.Ita tn̄ ꝙ nulli ipſarū hec gratia ſuffragetur:ſi confiſe de ipſa aliquid attēptarent cōmittere quod oculos diuine maieſtatis(earū violādo profeſſionē)offenderet.Et inſuper placuit ſue ſanctitati de benignitate apoſtolice pietatis concedere facultatē earū confeſſoribus: de licentia prelatorū eaſdem audientibus:ꝙ ea plenitudine eas abſoluant:ꝛ illi ſtatui innocentie reſtituant quo ſanctitas ſua faceret:ſi ipſamet in confeſſione auſcultaret peccata.Et ꝙ poſt hoc eadē auctoritate apoſtolica:oibus ꝛ ſingulis ſanctam benedictionem impartiantur nomine ſanctitatis ſue. o. ffo. 93.conce.290. CUide prope finem huius dictionis: ſeu capituli : qualiter pfate abſolutiones debeant fieri. 6 Quattuor abſolutiōes plenarie. Diſpēſa.io. Benedictio papalis. Collector.

CIDEM leo conceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura fratrū minorum obſer.exiſtētibus:vt in oibus ſolēnitatibus dn̄i ſabaoth:ꝛ virginis Marie ac omnium ſanctorū:ꝛ ſanctis patris noſtri Frācīſci:ꝛ ſancte Clare:poſſint confeſſores earū in abſolutionibus ſuarū confeſſionū eas plenarie abſoluere: ꝛ penitentiam ſalutarem iniungere.B.ffo.42.conce.132. CCirca hanc abſolutionem:vide que ponuntur prope finem huius dictionis:ſeu capituli. 7 Abſolutiones pleñ. p mltis feſtiui. Collector.

CIDEM Leo cōceſſit ancillis ꝛ ſororibus ordinis beate marie virginis: 8

Abſolutiones plenarie ꝑ multis feſtiuitatibꝰ ⁊ alijs diebꝰ.
Collectoꝛ.

ſub regimine fratrum mino. obſer. exiſtētibus: vt in omnibus ſolēnitatibus dn̄i ſabaoth beate Marie virginis: petri ⁊ pauli: ⁊ ſancti Frāciſci: omniūq; ſanctoꝛum: atq; per totam maioꝛem hebdomadam: confeſſoꝛes earū quicūq; fuerint: ſiue oꝛdinarie a p̄latis deputati: ſiue aliter (dum modo eas audiant de cōſenſu ſuoꝛum p̄latoꝛum) poſſint in abſolutionibus earum de peccatis ſuis eas plenarie abſoluere ac penitētiam ſalutarem iniungere. Quo vero ad fratres: prius ſuoꝛum ſuperioꝛum ⁊ eoꝛum cura gerentium: licentia ⁊ aſſenſu habitis. B. ffo. 43 conce. 137. ¶ Circa hāc conceſſionem vide infra ꝑ pe finem huius dictionis vel capituli.

Abſolutio ple. ꝑ die. s. Catherine.

¶ IDEM leo finaliter conceſſit fratribus mi. regul. obſer. ꝙ ſemel in quolibet anno (vltra alias indulgētias quas a ſede apoſtolica habent) poſſint plenarie abſolui: ⁊ indulgentiam plenariam conſequi in feſto ſancte Catherine virginis ⁊ martyris. o. ffo. 94. conce. 299. ¶ Pro huiuſmodi abſolutione: vide prope finem huius dictionis.

Collectoꝛ.

Quia circa huiuſmodi abſolutiones plenarias a Leone. 10. conceſſas: nōnulli fratres decipiūtur credendo ꝙ poſſint eis vti abſq; licētia ſuoꝛum ſuperioꝛum: Aduertendum eſt: ꝙ in omnibus ipſis (vltima dūtaxat excepta) ſemꝑ poſitū eſt a ſummo pōtifice: ꝙ solū poſſint fratres: ſeu moniales: ſic plenarie abſolui a p̄latis ſuis: vel a cōfeſſoꝛibus per eos deputatis ſeu de licentia eoꝛūdem. Sed ad omnem ambiguitatem circa hoc tollendam ꝙ ſcilicet abſq; licētia ſuperioꝛum: ⁊ nō quoꝛūcūq;: ſed ſaltem ꝓuincialiū: nō poteſt quis p̄fatis abſolutiōibus plenarijs gaudere quoad caſus reſeruatos: notāda eſt ac menti commendanda quedam clauſula in tabula cōgregationis generalis Burdegalenſis poſita: tenoꝛis ſubſequentis.

Statutū capituli general' circa abſolutiōes caſuū reſeruatoꝛum.

Ut fratribus iuxta regule puritatem: maioꝛ recipiēdi ſacramētum penitētie tribuatur occaſio: Reuerendiſſimus pater miniſter generalis: tam quo ad fratres ꝗ̄ quo ad moniales: reuocat oēs gratias facultates cōfeſſionalia: ⁊ indulgētias: ⁊ quaſlibet litteras ſub quacūq; verboꝛum foꝛma: etiam a ſede apoſtolica conceſſas: ſiue vigoꝛe bulle cruciate vel fabꝛice ſancti petri de vrbe: aut quarūlibet cōfraternitatum: ꝓ quāto ſunt in p̄iudicium caſuū miniſtris reſeruatoꝛum: declarādo eſſe contra ſanctiſſimi domini pape volūtatem: tam fratres ꝗ̄ ſoroꝛes vti p̄fatis gratijs quo ad confeſſiones faciēdas de caſibus p̄dictis: aut contra inſtituta oꝛdinis: abſq; licentia p̄fati reuerēdiſſimi miniſtri generalis: aut ꝓuincialium miniſtroꝛū: quouis modo ſit: etiam irritum eſſe ⁊ inane quicquid alias fuerit attētatum. Et hoc vigoꝛe euiuſdam b̄reuis: p̄miſſoꝛum declaratoꝛij: ab alexandro papa olim conceſſi: ⁊ breuis ſpecialis leonis. 10. Reuerendiſſimo patri miniſtro Generali miſſi: ⁊ hoc capitulo publicati.

Collectoꝛ.

¶ INSUPER circa p̄dictas abſolutiones plenarias a Leone. 10. conceſſas eſt aduertēdum: ꝙ huiuſmodi abſolutiones: non ſe extēdunt ad cenſuras excommunicationum: vel irregularitatum: aut caſuum reſeruatoꝛū pape: quia de eis non fit aliqua mētio in litera conceſſionum. Nec etiam ſe extēdūt ad remiſſionem pene debite pro peccatis in p̄ſenti: aut in purgatoꝛio: ꝓut aliqui arbitrati ſunt: exceptis tamē quattuoꝛ indeterminatis ſupꝛa poſitis in. §. 6. Ac ſimiliter excepta illa que habetur ſupꝛa. §. 9. ꝓ die ſancte Catherine: quia iſta habet expꝛeſſam indulgentiam plenariam que refertur ad

penam: vltra abſolutionem plenariam que refertur ad culpã. Alie autem qua
tuoꝛ habent verba que equipollent indulgentie plenarie.

¶ Item eſt aduertendum: ꝙ ſicut patet ex dictis: ⁊ ex litera ipſarum abſolu
tionum: ipſe non ſunt vniformes: ſeu equales: ⁊ ideo non eodẽ modo debet
impendi abſolutio: quandocũqꝫ occurrunt dies in qbus conceſſe ſunt. Qua
propter ne in hoc aliqui minus docti decipiãtur: opere precium viſum eſt in
calce huius ſummarij: diuerſas abſolutiones breues ⁊ compẽdioſas: iuxta di
uerſitatem huiuſmodi conceſſionum ſuperaddere.

¶ Forma abſolutionis pꝛo quatuoꝛ vicibus in quibus poteſt quis abſolui:
diebus quibus maluerit quolibet anno: pꝛout dictum eſt ſupꝛa. §. 6.

¶ AVCTORITATE tibi conceſſa ⁊ mihi cõmiſſa: ego te abſoluo ſic
plenarie: ⁊ illi ſtatui innocẽtie reſtituo: quomodo ſanctitas domini noſtri pape
faceret: ſi ipſemet in confeſſione tua peccata auſcultaret. Et eadem auctoꝛitate
apoſtolica tibi ſanctam benedictionem papalem impartioꝛ. In nomine pa
tris ⁊ filij ⁊c.

¶ Forma abſolutionis pꝛo omnibus alijs vicibus in quibus poteſt impendi
abſolutio plenaria: vt habetur ſupꝛa in. §. 7. ⁊. 8.

¶ AVCTORITATE tibi conceſſa ⁊ mihi commiſſa: ego te abſoluo ple
narie ab omnibus peccatis tuis: inquãtum pꝛedicta auctoꝛitas ſe extẽdere po
teſt. In nomine patris. ⁊c.

¶ Forma abſolutionis pꝛo abſolutione que impendi poteſt in feſto. s. Cathe
rine: q̃ differt ab omnibus ſupꝛadictis: vt patet ſupꝛa in. §. 9.

¶ AVCTORITATE tibi cõceſſa ⁊ mihi commiſſa: ego te abſoluo plena
rie ab omnibus peccatis tuis: inquãtum huiuſmodi auctoꝛitas ſe extẽdere po
teſt: ⁊ concedo tibi indulgentiam plenariam omnium peccatoꝛum tuoꝛum.
In nomine patris. ⁊c.

Vltimo notandum eſt circa omnes conceſſiones pꝛo abſolutiõibus
plenarijs ſupꝛa ſcriptis factas: ꝙ melioꝛ ⁊ copioſioꝛ omniũ
ipſarum eſt illa quã fecit ſixtus. 4. ⁊ habetur ſupꝛa. §. 4. Et tam pꝛo ipſa ꝙ̃ p Collectoꝛ.
quacunqꝫ alia que ſub ſimili tenoꝛe conceſſa fuerit: ponitur hic quedam foꝛ
ma abſolutionis valde copioſa.

¶ Forma abſolutionis pleniſſima qua ſaltem pꝛo ſemel in vita ⁊ in moꝛtis ar
ticulo poſſunt vti fratres mino. ⁊ alie perſone que illoꝛum puilegijs gaude
re poſſunt. ¶ Sequitur foꝛma ſeruanda ante abſolutionem quamlibet.

¶ Finita confeſſione imponat confeſſoꝛ penitentiam. Et poſtea dicat ſequen
tia verba: ita ꝙ pꝛo penitens valeat intelligere.

¶ AVCTORITATE mihi tradita ⁊ ex officio meo: ac eo modo quo me
lius poſſum: diſpenſo tecum ſuper reſiduũ penitẽtie: ſi maioꝛ erit tibi impo
nẽda. Et volo vt omnia bona que feceris ⁊ mala que perpeſſus fueris ꝑpter
deum ſint meritoꝛia: velut penitẽtia impoſita ad remiſſionem pene dbite pꝛo
tuis peccatis: pꝛo quibus etiam ſatiſfiat ex meritis paſſionis chꝛiſti ⁊ omniũ
ſanctoꝛum. Et poſtea ſubiungat confeſſoꝛ.

¶ Miſereatur tui. ⁊c. Indulgentiam. ⁊c. Dñs noſter ieſus chꝛiſtus qui eſt ve
rus ⁊ ſummus pontifex: ⁊ pꝛo te natus ⁊ paſſus eſt: ipſe te abſoluat: ⁊ ego au
ctoꝛitate ipſius ⁊ beatoꝛum apoſtoloꝛum eius petri ⁊ pauli ⁊ ſancte romane ec
cleſie: ac poteſtate mihi commiſſa ⁊ tibi pꝛo hac vice conceſſa a dño papa: cu

ſuis vices in hac parte gerēs: te abſoluo ab omni ſententia generali: vel ſpeciali a iure: vel ab homine promulgata: ⁊ ab alio quocunq; vinculo excomunicationis. Et diſpenſo tecum ſuper quibuſcūq; irregularitatibus: ex quibuſcunq; cauſis eas contraxeris (homicidij voluntarij ⁊ mutilationis membrorum: ac bigamia dumtaxat exceptis.) Et in his ⁊ in omnibus alijs quibus indigeas: reſtituo te ad ſtatum priſtinum in quo eras anteq̄ huiuſmodi incurreres. In nomine patris ⁊ filij. ⁊c.

¶ ITEM eadem auctoritate ego te abſoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis ſpecialiter: aut generaliter confeſſis cū circūſtantijs eorum: quomodocūq; ⁊ qualitercūq; offendiſti deū creatorem tuū: animam tuam: ⁊ proximū tuum ⁊ regulam tuam. Et de omnibus ipſis: auctoritate ſupradicta ⁊ ex ſpeciali gratia tibi conceſſa ⁊ mihi cōmiſſa a dño papa: cōcedo tibi indulgentiā plenariam omnium penarum in preſenti vita: vel in purgatorio pro peccatis tuis debitarum: inquātum poſſum ⁊ valeo: ⁊ auctoritas tibi cōceſſa ⁊ mihi cōmiſſa ſe extendere poteſt. In nomine patris. ⁊c.

Abſolutio quoad ſeculares.

¶ Diſtinctio materie abſolutionis infra poſite.

Collector. **Circa** abſolutiones perſonarū ſecularium per fratres minores fiēdas: ſunt multa ⁊ varia ordinata ⁊ conceſſa: que vt melius intelligi ⁊ memorie cōmēdari valeāt: ſubſequēti ordine diſtinguntur. Primo nāq; ponūtur ea que generaliter cōcernunt ꝯfeſſoꝝ auctoritatē: ſeu facultatē: tā ratione inſtitutionis a prelatis ordinis facte: q̄ preſentationis que prelatis eccleſiaſticis fieri debet: ſeu licētie que ab eiſdem prelatis: ſeu legatis ſedis aplice obtinere ꝯtigerit. Scđo addūtur alia que cōceſſa ſunt reſpectu abſolutionū a caſibus reſeruatis epiſcopis vel pape. De p̄dictis aūt duobus ponunt etiā aliqua notabilia infra in dictiōe. Cōfeſſiones ⁊ ꝯfeſſores. Tertio ſuperaddūtur nōnulla que aliqui ſummi pōtifices decreuerūt ꝯtrā quoſdā aduerſarios religioſoꝝ: qui aliquos errores dixerūt in materia huiuſmodi abſolutionem.

¶ Abſolutio generaliter quoad ſecularis. Primo.

1 Licētia audiēdi cōfeſſiones.

Alexander. 4. conceſſit ꝙ de licētia legatorum ſedis apoſtolice: vel ordinariorū locorum: poſſint fratres minores libere confeſſiones audire: ſacerdotū parrochialium aſſenſu minime requiſito. b. fo. 16.

2 Licentia ſeu preſentatio.

Clemens. 4. cōceſſit vt quādo epiſcopi vel alij eccleſiarum prelati dederint fratribus minoribus facultatem audiēdi confeſſiones ſubditorum ſuorum ⁊ vota cōmutandi: talibus prelatis decedentibus poſſint predicti fratres vti libere predicta facultate: donec viduatis eccleſijs prouiſum fuerit de paſtore. B. fo. 29. Et ſſo. 113. conce. 144.

3 Preſentatio confeſ. Pro itinerātib⁹.

Eugenius. 4. conceſſit oībus cōfeſſoribus ordinis mino. ꝙ quādo non poſſunt cōmode ſe p̄ſentare epiſcopis: q2 ſunt itinere vel alibi: ⁊ non poſſunt petere caſus epiſcopales: eo caſu poſſint plenarie vti auctoritate epiſcopali. o. fo. 61. Et ſſo. 64. conce. 78.

4 ¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ quā fratres ſe ſemel preſentauerint epiſco-

pis ⁊ obtinuerint caſus ſuos: licet alibi poſtea ad habitandum ſe transferant Preſentatio
ad tempus: ⁊ poſtea reuertãtur ad eaſdem dioceſis: non ſit neceſſarium itera- confeſſo.
to ſe pſentare eiſdẽ epiſcopis: vel caſus de nouo obtinere. o. fo. 61. Et ffo. 64.
conce. 79. Et. fff. 95. conce. 314.

¶ IDEM eugenius declarauit ꝙ qñ quis tẽpore paſchali ſe reperit in alte- 5
na dioceſi: ſemper ibi intelligitur adeptum incolatũ: vt ibi confiteri ⁊ cõmu
nicare valeat quantumcunqꝫ ibi paruo tempore ſteterit. o. fo. 61. Et ffo. 64. Cõicare.
conce. 80. Et. fffo. 95. conce. 315.

¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ vbicũqꝫ fuerint fratres mino. (licet epiſco- 6
pi ſint ſimoniaci: etiam in officio ⁊ beneficio) poſſint fratres vti ſuis caſibus Simonia.
ac ſi tales epiſcopi non eſſent ſuſpenſi: ex quo tollerantur ab eccleſia. o. fffo. Caſus epi.
101. conce. 403.

Nicolaus. 5. conceſſit fratribus mino. obſer. auctoritatem audiendi 7
in confeſſionibus omnes quarũcũqꝫ dioceſuꝫ. Et illis Licẽtia pro
extraneos ac forenſes abſoluendi: etiam a caſibus quos dioceſani locorum in oib⁹ etiã fo-
quibus fratres ad hoc deputati fuerint: duxerint committẽdos. B. fo. 30. Et renſibus.
ff. 114. conce. 249. Et fff. 58. conce. 159.

Sixtus. 4. fecit eãdem conceſſionem per cõſimilia verba nil penitus 8
immutando. B. fo. vbi ſupra. ⁊ ꝯce. immediate ſequẽtibus
in eiſdem libris preallegatis. Et poſtea Leo. 10. hoc idem confirmauit ⁊ de no
uo conceſſit. O. fff. 58. conce. 159.

¶ IDEM ſixtus conceſſionem prefatam reiterauit ſubſequẽtibus verbis. 9
Conceſſit nãqꝫ ꝙ fratres mino. obſer. preſentes ⁊ futuri: poſſint audire con- Licẽ. p oib⁹
feſſiones ſeculariũ vndecũqꝫ venientium: ea auctoritate quam habẽt ab epi- etiã forẽſib⁹
ſcopo in cuius dioceſi exiſtũt. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 111. ¶ Quo ad hmõi Collector.
conceſſionẽ: vide infra. §. 17. vbi magis ample ꝯceſſuꝫ eſt fratrib⁹ carmelitis.

¶ IDEM conceſſit: ꝙ confeſſores noſtri dum ſunt in itinere ⁊ requirũtur: 10
poſſint audire confeſſiones ſicut parrochiani: ⁊ ſi non fuerint preſentati ſm Pro fra. itĩ.
formã clementine. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 113. Preſẽ. ꝯfeſ.

¶ IDEM ſixtus cõceſſit: ꝙ fratres mi. debite preſentati: vel gratioſe a prela- 11
tis recepti: poſſint extra ſuã dioceſim ſubditos illorũ audire: cum hoc poſſint Preſẽ. ꝯfeſ.
curati de iure. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 118. Et fff. 96. conce. 335. Pro fra. iti.

¶ IDEM ſixtus declarauit: ꝙ licentia prelatorum eccleſie de qua in ſupradictis 12
conceſſionibus fit mentio: eſt illa quã ordinarij preſentatis ad cõfeſſiones au- Licẽ. plato.
diendas: dare ſunt aſtricti. B. fo. 98. Et ffo. 181. conce. 439. Preſẽ. ꝯfeſ.

Innocentius. 8. cõceſſit certam formã preſentationis epiſcopis 13
faciẽde p fratrib⁹ cõfeſſoribus modo ſubſcripto Forma pſen
qui talis eſt. ſ. ꝙ guardianus loci noſtri vel ciuitatis: omni anno ſemel ſe rep- tatiõis ꝯfeſ-
ſentet epiſcopo vel eius locũ gerẽti in ſpiritualibus: vel mittat aliũ fratrẽ pro ſor quolibꝫ
ſe ⁊ dicat eidẽ epiſcopo reuerẽdiſſime dñe: ecce me pſento. Reuerẽdiſſime dña anno fiẽda.
tioni veſtre: pro me ⁊ oibus cõfeſſoribus deputatis ⁊ deputãdis a noſtro pro
uinciali: pro audiẽdis cõfeſſionibus veſtrorũ ſubditorũ: petendo humiliter vt
dignemini eſſe contẽtus: vt cũ veſtra benedictione ipſos audiant in ꝯfeſſione
⁊ abſoluant. Et ſi quid auctoritatis veſtre: circa caſus vobis reſeruatos velli-
tis: nobis ꝯcedere dignemini. Et ſimiliter circa votorum diſpenſationem. Ac
etiam dignemini nos auiſare: ſi quid habeamus facere pro ſalute animarum

veſtre dñationi cõmiſſaꝝ. Quo facto: ſiue cõcedat ſiue deneget: pfatus ſanctiſſimus dñs Innocētius. 8. cõceſſit ꝙ ſtatim cõfeſſores predicti: habeãt auctoritatē omnē abſoluendi ab omnibꝰ: exceptis caſibus de iure reſeruatis epiſcopo vel pape. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 153. Et fffo. 98. conce. 352.

14 **Leo.** 10. cõceſſit ꝙ fratres nrĩ. q̃ audiũt ꝯfeſſiones: abſoluēdo in foro cõſciētie excõicatos: nõ teneãtur ſeruare formã q̃ obſeruat in publicis abſolutionibꝰ. ſ. flagellationē cũ ps. Miſerere mei ⁊c. Et ꝙ tpe interdicti poſſint abſoluere a cēſuris i foro cõſciētie illos q tũc ꝯfitebũtur pctã ſua: niſi tale cēſure eſſent ex quibꝰ hmõi interdictũ emanaret. O. fffo. 56. cõce. 174.

15. al's. 13. ¶ IDEM leo in cõcilio lateranenſi ſtatuit: ꝙ ſuperiores fratrũ mēdicãtiũ: teneãtur oĩno fratres quos ad audiēdas cõfeſſiones ſubditorũ prelatoꝝ eccleſiaſticoꝝ pro tpe elegerint: eiſdē prelatis pſonaliter exhibere ac preſentare (ſi eos ſibi exhiberi ⁊ preſentari petierint) alioquin eoꝝ vicarijs (dũmodo ad prelatos vltra duas dietas accedere nõ cogãtur.) Et ꝙ poſſint predicti fratres p eoſdē epiſcopos ⁊ platos: ſup ſufficiẽti literatura: ⁊ aliqua ſaltem hmõi ſacramēti peritia dũtaxat examinari. Statuit etiam ꝙ talibus preſentatis ⁊ amiſſis: vel etiam indebite recuſatis cõfitentes: cõſtitutioni que incipit. Omnis vtriuſq3 ſexus (quoad confeſſionem dũtaxat) ſatiſfeciſſe cenſeantur. Ipſiq3 fratres etiã forenſiũ confeſſiones audire valeant: laicos tamen ⁊ clericos ſeculares: a ſententijs ab homine latis: nullatenus abſoluere poſſint. B. fff. 25. conce. 72.

Preſentatio confeſſorũ. Examinatio confeſſorũ. Licentia p forenſibus.

Collector. ¶ Aduertendum eſt circa predicta: ꝙ per eũdem Leonē. 10. fuit poſtea cõceſſum ordini noſtro mino. ꝙ in foro ꝯſciētie poſſimus vti noſtris puilegijs: ſicut ante cõcilium lateranenſe poteramus: non obſtantibus quibuſcũq3 in dicto cõcilio ordinatis ⁊ determinatis aliter vel in cõtrarium diſponētibus: vt habetur in regiſtro ordinis in actibus reuerēdiſſimi patris fratris Frãciſci licheti miniſtri generalis. De quo vide infra in dictione. Conciliũ. §. 7. Et ideo quo ad foꝝ cõſcientie nõ tenemur ad ſtatuta in prefato ꝯcilio: nec adhuc forte in foro exteriori: ſicut infra declarabitur: in dictione. Priuilegia: prope finē.

¶ Sequũtur nõnulla alia petinẽtia ad cõfeſſiones ſeculariũ: ex alioꝝ fratrũ mēdicãtiũ puilegijs extracta. Et primo ea q̃ tãgũt directe fratres pdicatores.

16 Ex priui. fratrũ pdicato. **Sixtus.** 4. conceſſit vt vicarius generalis fratrũ ordinis predicatorũ regnoꝝ caſtelle ⁊ legionis: in qualibet domo dicti ordinis ei ſubiecta: vbi cũ pro tpe morari ꝯtigerit: ac in eius abſentia ſinguli priores ſiue preſidētes ſingularũ domoꝝ dicti ordinis: nũc ⁊ pro tpe exiſtētes: ac quatuor dicti ordinis pfeſſores pſbyteri idonei p vicariũ ⁊ ſingulos priores ſiue pſidētes pdictos in ſingulis diebus deputãdi: poſſint cõfeſſiones vtriuſq3 ſexus xpĩ fideliũ forẽſium ad ſingulas domos predictas occurrentiũ: ⁊ ibidē pprium domicilium non habentiũ: ac inibi cõfiteri volẽtium totiēs quotiēs ibidem confitebuntur: libere audire ⁊ eos ab oĩbus ⁊ ſingulis peccatis: exceſſibus: ⁊ delictis per eoſdē cõmiſſis ac ꝯfeſſis: necnon excõmunicationũ ſentẽtijs ⁊ penis: in ſingulos fideles pdictoꝝ: in genere vel in ſpecie ordinaria auctoritate latis: de qbus ipſi fideles ſe abſolui petierint (dũ tñ talia non ſint propter que ſedes aplica merito ſit cõſulēda) in loci ordinarij abſentia dũtaxat abſoluere: ⁊ eis ſup premiſſis penitētiam ſalutarē iniũgere: ac vota peregrinationis ⁊ abſtinentie: p eoſdē fideles emiſſa: que loci ordinarius ſi pſens eſſet cõmutare poſſet: ⁊ ipſi fideles cõmode adimplere nõ potuerũt (in ipſius loci ordinarij abſentia)

Particu. p regnis caſtel. Deputatio quatuor ꝯfe. Excõicatio. Cõmutatio vo. orum.

in alia pietatis opera cõmutare. Necnon oībus ⁊ ſingulis chriſtifidelib⁹: tam foreñſibus ꝙ̃ in ciuitatibus ⁊ locis in quib⁹ ipſe dom⁹ conſiſtunt cõmorãtib⁹: eucariſtie ſacramentũ quocũqʒ tẽpore (feſto reſurrectionis dũtaxat excepto) eorũdem fidelium: parrochialiũ eccleſiaꝝ rectoꝝ abſentiũ ⁊ quorũlibet alioꝝ licẽtia minime requiſita: miniſtrare libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeant: parce tamen: ne querele inde eueniant. B.fo.44.⁊ fo.128.conce.287. Eucariſtia

¶ Aduerte ꝙ eadẽ auctoritatẽ habẽt puinciales ⁊ guardiani ſiue pſidẽtes domoꝝ fratrũ mi. ⁊ quatuor cõfeſſores p eos aſſignãdi: vt pdictũ eſt. Et hoc i regnis pfatis ⁊ nõ alibi: virtute cõicationis ſpecialis q̃ habet̃ ifra i dictiõe. Cõicatio priuilegiorũ. §.9.⁊.10. Collector.

¶ Ex priuilegijs fratrũ auguſtinenſium.

17 Bonifacius. 8. phibuit diſtricte: ne qs: fratres ordinis heremitarũ ſancti auguſtini qbus officia pdicãdi vel pfeſſiones audiẽdi a platis ordinis cõmiſſa fuerit: executionẽ officioꝝ ipoꝝ audeat quõlibet ipedire. B.ffo.244.pce.589. Prohibitio.

¶ Ex puilegijs fratrũ carmelitarũ.

18 Urbanus. 4. cõceſſit fratribus carmelitis: vt de licẽtia prelatorum eccleſie: poſſint audire pfeſſiones omniũ chriſtifideliũ: cauſa deuotionis ad eos recurrentium: niſi talia cõmiſiſſent propter que eſſet ſedes apoſtolica merito cõſulenda. B.fo.85.⁊ ffo.168.conce.392.

¶ Aduerte ꝙ ſixtus declarauit ꝙ licẽtia de qua in hmõi cõceſſione fit mẽtio intelligatur ita ꝙ.ſ. prefati confeſſores ſint preſentati: ſcdm formam iuris. Collector.

¶ Quo ad ſupraſcriptã cõceſſionem vrbani: eſt aduertẽdũ ꝙ virtute illius viſum eſt multis ꝙ valeãt fratres cõfeſſores debite pſentati abſoluere a caſibus reſeruatis epis. Sup quo ego conſului aliquos iuriſperitos: ⁊ i reb⁹ attinẽtibus ad religioſos valde doctos: ⁊ reſponſio vltimata fuit talis: ꝙ.ſ. ſi fratres carmelitani qbus directe facta eſt pdicta pceſſio: vſi ſunt ⁊ vtunt̃ illa put ſtatius ſonat: ꝙ ſ lr poterũt vti illa alij fratres mẽdicãtes: rõne cõicationis puilegioꝝ. Sed ꝙ ſi illi non habẽt in vſu: tũc nec ipſi nec alij mẽdicãtes poſſunt vti: etiã ſi habeãtur noue pceſſiões puilegioꝝ: put haberi ſolẽt. Et ideo oporteret ſcire ab aliqb⁹ viris doctis pfatoꝝ fratrũ carmelitanoꝝ qualr circa pdictam pceſſionẽ ſe habuerint ⁊ habeãt. Aliter aũt vti ſupradicta pceſſione eſſet temerarium valde. Collector.

¶ Ex priuilegijs fratrũ minimorum.

19 Sixtus. 4. cõceſſit fratrib⁹ ordi. minimoꝝ auctoritatẽ pfeſſiões audiẽdi: ⁊ ab oib⁹ caſib⁹ excõicationis: ſuſpẽſionis: interdicti ac ſup quacũqʒ irregularitate: ordinarie (tam a iure ꝙ̃ ab hoie) reſeruatis: totiẽs quotiẽs opus fuerit: abſoluẽdi ⁊ diſpẽſandi: ac vota quecũqʒ pmutãdi ⁊ relaxandi ⁊ penitẽtiã ſalutare iniũgendi: ſicut poteſt dioceſanus. B.ffo.5.pce.8. Excõicatio. Diſpenſatio

¶ Aduerte ꝙ vtrum predicta conceſſio ſit itelligẽda reſpectu fratrũ dũtaxat vel etiã ſeculariũ: nõ poteſt clare elici ex litera: ppter quod oporteret conſulere aliquẽ fratrem doctũ minimoꝝ: ad ſciendum qualiter ipſi illam intelligunt ⁊ ea vtuntur: nam aliter vti illa quoad ſeculares: non eſſet ſecurum. Collector.

¶ Abſolutio ſpãlr de caſib⁹ reſeruatis quoad ſclares. Scdo.

1 Benedictus. 11. in extrauagãti q̃ icipit. Inter cũctas ſtatuit ꝙ fratres confeſſores ordinũ pdicatorũ ⁊ minorũ: nullatenus ſe intromittant de caſibus epiſcopis ⁊ ſuperioribus reſeruatis: quos ipſe annotauit modo ſubſequenti dicens. Obſeruent dicti fratres: ne ad confeſſionem re Pro fra. predi. ⁊ mino.

Caſus reſeruati epis de iure. cipiant criminoſos criminibus pro quibus eſſet ſolẽnis penitẽtia indicenda. Modo eodẽ excõmunicatos reſpuant: et clericos qui propter delictũ irregularitatem aliquã incurrerint. Incẽdiarios etiã: eoſq; qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis: q ea rationabilis cõſuetudo pſcripta canonice: in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis: ſimiliter nõ admittant. Quã conſuetudinem ex cauſa que iuſte ad id animũ noſtrũ mouet: ſolũmodo circa voluntarie homicidas: falſarios: eccleſiarũ imunitatis et libertatis eccleſiaſtice violatores et ſortilegos approbamus. B.fo.126. Et ffo.205.conce.504.

Caſus reſeruati epis de cõſuetudine

Collector. ¶ Aduertẽdũ eſt circa pdicta: q licet bulla in qua ſupraſcripta ptinentur fuerit reuocata per clementinã Dudũ de ſepulturis: tamẽ poſtea Sixtus.4.conceſſit: vt quo ad caſus reſeruatos epis qui ibi ſunt expreſſi: maneat in ſuo vigore. Et circa huiuſmodi caſus: vide infra poſt.§.12. et bene conſidera. Uide etiam circa huiuſmodi materiam abſolutionum: et quoad validitatem predicte extrauagantis: infra in dictione. Confeſſiones.§.2.cum ſua additione.

2 **Eugenius.** 4.conceſſit q fratres mino.non teneãtur facere cõſciẽtiam de decimis in cõfeſſionib⁹: niſi quãdo fuerint requiſiti ab ordinarijs. Et tunc ſufficit dicere: facio tibi conſcientiã: et inducere peccatorẽ quantũ poteſt ad ſoluendũ: nõ tñ propter hoc retineãt abſolutionẽ.

Collector. o.fo.62. Et ffo.65.conce.87. ¶ Aduertẽdũ eſt q ſupraſcripta pceſſio: reperit ſub alio tenore i ſupplemẽto puilegior. Et iõ put illic habetur ſubſcribit hic.

Decime. ¶ IDEM eugenius: conceſſit q fratres mi.omittentes facere conſcientiam de decimis: ſi non fuerint requiſiti a parrochialib⁹: nõ cadãt in excõicationẽ

Excõicatio. Et q vbi eſt cõſuetudo q detur p decima: de viginti vel triginta aut quadraginta: vnũ: id intelligatur pro ſolutiõe decimarũ. Et q vbi nõ eſt cõſuetudo decimandi: inducãt fratres ad decimandũ: et ſi noluerint: non pter hoc denegent abſolutionẽ: niſi ſacerdos pprius reclamaret.o.fffo.101.conce.404.

Collector. ¶ Circa hoc vide determinationem concilij Lateranenſis infra.§.13.

3 ¶ IDEM eugeni⁹ declarauit q recipiẽtes pedagia a clericis: vbi eſt conſue-

Exactiones. tudo: ciuitas nõ icidat in interdictũ. Et q ipi cõfeſſores iducãt ad reſtitutionẽ

Interdictũ. et abſoluãt: niſi caperẽt clericos pſonalr: vel detinerent.o.fffo.101. pce. 406.

4 ¶ IDEM eugenius conceſſit: q attento q ſit conſuetudo: ſcilʒ in aliqbus

Exactiones. partibus: ſolui gabellas et datia: per eccleſiaſticas perſonas et ſacerdotes ſeculares: non pter hoc fratres retineant eis abſolutionem. ſ. qui pdictas exactiones faciunt: non obſtante.c.q̃uis de viſuris.lib.vj.o.fffo.102.conce.46.

5 ¶ IDEM eugenius conceſſit: q fratres confeſſores poſſint abſoluere de ſi-

Simonia. monia: niſi ſit in ordine vel beneficio.o.fffo.102.conce.420.

6 **Sixtus.** 4.propter diuerſitates opinionũ: confirmauit caſus epiſco-

Caſus reſeruati. pales tam de iure q̃ de cõſuetudine: quos poſuit Benedict⁹ xj.in ſua extrauaganti que incipit. Inter cũctas.o.fo.64. Et ffo.68.cõce.128.

Collector. Et fffo.96.pce.334. ¶ Aduerte q huiuſmodi caſus ſunt poſiti ſupra in.§.j.

7 ¶ IDEM Sixt⁹ conceſſit: q pfeſſores nři ordinis: poſſit abſoluere excõica-

Caſus reſeruati pape. tos per pceſſum annualẽ.ſ.q fit in die cene dñi: propter incurſum vel inuaſionẽ factã i terris eccl'ie: directe vel idirecte: dũmõ nõ ſint pncipales in dãdo pſiliũ vel auxiliũ talia faciẽtib⁹.o.fo.64. et ffo.68.pce.140. Et fffo.97.pce.342.

Collector. ¶ Aduerte q iſta cõceſſio: p mortẽ pcedẽtis videt expiraſſe: q tãgit caſus ptẽtos i bulla cene dñi. Circa qđ vide ſupra i di.abſo.ordi.quoad fres poſt.§.9.

¶ IDEM Sixtus cóceſſit: q̄ omnes tam viri q̄ mulieres intrātes monaſte ria monialiū ſancte Clare ⁊ ſancti dominici: ignorāter ⁊ ſine dolo: poſſint ab ſolui a confeſſoribus monialiū. Poſtea idem addidit: q̄ mulieres oēs poſſint abſolui ab omnibus cōfeſſoribus nrīs: etiam ſi malicioſe ⁊ ex malo animo in traſſent. o. fo. 64. ⁊ ffo. 68. conce. 158. ⁊ ffō. 96. conce. 330. ⁊. 339. 8 Pro monaſterijs moni. Caſ⁹ reſuati

¶ IDEM ſixtus iterum conceſſit: q̄ ꝯfeſſores monialium ſancte Clare poſ ſint abſoluere a ſententijs latis: eos qui non malicioſe ſed ex quadam leuitate ſeu curioſitate intrauerint earum monaſteria: vel quarūcūq; aliarum religio ſarum incluſarum. Et hoc tam actiue q̄ paſſiue. o. fo. 64. ⁊. ffo. 68. cōce. 158. Et ffō. 96. conce. 339. 9 Pro mona. monialium Caſ⁹ reſuati Pro ꝯf. mo.

¶ IDEM ſixtus conceſſit: q̄ confeſſores noſtri poſſint abſoluere oēs confi tentes ab omnibus ſacrilegijs: dummodo fiant cum ſacrie: ita q̄ ſcandala orī rentur ſi fratres abſoluerent. o. ffo. 102. conce. 411. 10 Caſ⁹ reſuati

Innocentius. 8. conceſſit: q̄ cōfeſſores debite pñtati poſſint diſpēſare in omnibus votis in quibus poſſint epi ſcopi: exceptis votis peregrinationis vltra duas dietas. o. fo. 65. ⁊. ffo. 69. cō ce. 155. Et ffo. 98. conce. 353. 11 Diſpenſatio votorum.

¶ IDEM innocentius declarauit q̄ quo ad primū caſum de iure reſerua tum ab epiſcopis: intelligatur ſm opinionē innocētij ⁊ hoſtienſis: ſcilȝ q̄ ſolū eſt hodie vna excōicatio que de iure epiſcopis reſeruatur. ſ. iniectio violēta in perſonam eccleſiaſticam in caſibus: in quibus pertinet ad epiſcopū: Et ideo i alijs que ſunt de iure ⁊ non reſeruantur pape: poſſunt cōfeſſores pdicti abſol uere. Et ſimiliter ab hominibus excōmunicationibus per ſtatuta prouincialia ⁊ ſinodalia promulgatis: que ipſi conditores ſpecialiter ſibi vel alteri non re ſeruauerunt: quando ſtatutum fecerunt. o. fo. 65. ⁊ ffo. 69. cōce. 154. Et ffo. 98. conce. 355. 12 Excōicatio. Caſus reſeruati epis.

¶ Circa pdicta oportet vt prudens lector aduertat: q̄ huiuſmodi conceſſio fuit impetrata per bone memorie reuerēdū patrem fratrem Angelum de cla uaſio: qui edidit illud inſigne opus: ſumma angelica appellatū: ⁊ ideo cōfor miter ad ea que ipſe poſuit in pdicta ſumma in dictiōe. Caſus reſeruati epi ſcopis: nominauit in pfata conceſſione primū caſum de iure reſeruatum epi ſcopis: licet aliqui aliter ordinent pdictos caſus: pſertim Benedictus. 11. vt poſitum eſt ſupra in hac dictione. §. 1. Ac etiā Antoninus in ſuo tractatu i titulato defecerunt. ¶ Aduertere etiā oportet: q̄ virtute ſuprāſcripte cōceſſio nis innocentij non excluduntur alij caſus reſeruati epiſcopis: numerati ſupra in conceſſione Ben. dicti. 11. §. 1. pſertim illi quibus non eſt adiuncta excom municatio: prout aliqui ⁊ male opinati ſunt. ¶ Inſuper ex omnibus pfatis cōceſſionibus colligant fratres cōfeſſores: per prelatos deputati ad audiēdas confeſſiones: quomodo poſſunt audire omnes volentes ei confiteri. Quia ſi ſunt in via vbi non poſſunt ſe repreſentare epiſcopis: ⁊ requiruntur: poſſunt audire confeſſiones ⁊ habent auctoritatem abſoluendi (exceptis caſibus epi ſcopis de iure reſeruatis) per conceſſionē Sixti ſupra poſitam in precedenti di ctione. ſ. Abſolutio generaliter quoad ſeculares. §. 9. Si vero ſint extra dioce ſim: ⁊ vadunt ad eos: ad loca noſtra pro confitendo: poſſunt abſoluere eos ſi cut poſſunt alios de illa dioceſi: per aliam conceſſionem Sixti. 4. poſitā vbi ſupra. §. 10. Si autē ſunt in dioceſi: poſſunt eos abſoluere ab omnibus a qui Colle. tor. Caſus reſeruati epis. Epillogatio ſupradictorum.

bus poſſint epiſcopi: exceptis caſibus de iure reſeruatis: qui ſolum ſunt ſupra poſiti a Benedicti. 11. vt patet ſupra in hac dictione. §. primo.

13 **Leo.** 10. in concilio lateranenſi ſtatuit ꝙ fratres cõfeſſores teneãtur hortari ⁊ monere: etiam ſub onere conſcientiarum ſuarũ: illos quorum confeſſiones pro tempore audierint: cuiuſcũq; ſtatus ⁊ cõdicionis fuerint: ad

Decime. ſoluẽdum decimas ſiue aliam bonorum ſeu fructuum quotam: in locis in quibus decime ipſe: aut ſimilia ſolui conſueuerunt: ipſiſq; etiã illas ſoluere recuſantibus: abſolutionem denegare debeantur. B. ffo. 26. conce. 82.

14 ¶ IDEM leo conceſſit: ꝙ infringentes: vel aliquam violẽtiam in eccleſijs

Excõicatio. vel locis fratrum mi. facientes: ab excõmunicatione propter hoc incurſa: poſ

Caſus reſeruati. ſint a prelatis dicti ordinis in foro conſcientie abſolui: licet antea nõ poterant huiuſmodi delinquentes abſolui niſi a papa vel a conſeruatoribus dicti ordinis. O. ffo. 61. conce. 186.

¶ Circa abſolutionis materiam:

reprobatio errorum.

1

In fauorem fratrũ pdicatorum ⁊ mi. **Alexander.** 4. reprobauit errores quorũdam magiſtrorũ aſſerentiũ: ꝙ fratres minores ⁊ predicatores de licentia pape aut dioceſanorum: non poterant cõfeſſiones audire. b. fo. 24. Et ffo. 25. conce. 15.

2

In fauorem fratrũ cõfeſ. **Clemens.** 4. reprobauit prefatos errores ⁊ conceſſit ſicut alexander 4. ꝙ fratres de licentia legatorum ſedis apoſtolice vel ordinariorum: ⁊ multo amplius ſummi pontificis: poſſint audire confeſſiones ⁊ abſoluere: aliorum inferiorum prelatorum ⁊ rectorum eccleſiarum aſſenſu nullatenus requiſito: exceptis caſibus qui de iure vel conſuetudine legatis ⁊ ordinarijs predictis ſpecialiter reſeruantur: niſi eis ſpecialiter cõmittãtur. b. fo. 29. Et ffo. 29. conce. 26.

3 **Joannes.** 22. dãnauit ⁊ reprobauit quoſdam articulos Joannis de poliaco: aſſerentis ꝙ confeſſi fratribus habentibus licen

In fauorem fratrũ cõfeſ. tiam generalem audiendi confeſſiones: tenebantur iterum confiteri eadẽ peccata pprio ſacerdoti parrochiali. Et ꝙ ſtante decretali. Omnis vtriuſq; ſexus non poterat ſummus pontifex facere (immo nec deus) quin parrochiani tenerentur confiteri eadem peccata ſemel in anno proprio ſacerdoti: ac etiam qđ papa nequibat dare licentiam generalem ad hoc. Prohibuitq; prefatus pontifex: ne quis dictos articulos per ipſum damnatos ⁊ reprobatos tenere audeat: ſeu quomodolibet defenſare: ſeu docere. Et declarauit qđ illi qui predictis fratribus confitentur: non magis teneaſitur eadem peccata confiteri: ꝙ ſi alias illa fuiſſent confeſſi eorum proprio ſacerdoti. B. fo. 36. Et ffo. 119. conce. 259.

4

Cõfirmatio ſupradictarũ cõceſſionuz. **Calixtus.** 3. fecit magnam prouiſionem contra errores ſupradictos Joannes de poliaco: confirmando bullas Eugenij. 4. ⁊ Nicolai. 5. approbantes conſtitutionẽ. Super cathedram. Bonifacij. 8. ⁊ reprobantes errores ſuper illam exortos: circa confeſſiones ⁊ abſolutiones. B. fo. 82. Et ffo. 165. conce. 390.

5 **Sixtus.** 4. auctoritatem procedendi per Joannem. 22. ⁊ Eugenium 4. datam ordinarijs contra aſſertores ꝙ cõfeſſi fratribus te-

tenebantur iterum eadē peccata confiteri proprio ſacerdoti parrochiali: extēdit ad inquiſitores heretice prauitatis. B.fo.61.Et ff.o.144.conce.353. Inquiſitores hereticorum

¶ Attende ꝙ nonnulla alia ad materiam abſolutionum pertinentia: ponuntur infra in dictione Confeſſiones ⁊ Confeſſores. Uide ibi. Collector.

Accedere ad monaſteria monialium.

Nicolaus. 3.cōceſſit fratribus mi. vt ad loca vbi ſeculares hoīes cōmuniter intrāt in monaſterijs monialium: poſſint illi fratres cauſa pdicationis: vel elemoſine petēde: accedere: qbus id a ſuperiorib⁹ ſuis p ſua fuerit maturitate vel idoneitate cōceſſum. Exceptis ſemp monaſterijs monialiū incluſaꝝ.ſ.ſancte Clare: ad que nulli datur accedēdi facultas: ſine ſedis apoſtolice licētia ſpeciali. In declaratiōe regule: Exijt qui ſeminat: que habetur. B.2.tractatu.fo.10.Et.b.ffo.11.tractatu.2. 1 Predicatio. Elemoſina.

Eugenius. 4.cōceſſit ꝙ fratres mi.ob.poſſint intrare ad loca quarūcūqꝫ monialium: vbi ſeculare cōmuniter intrant: de licentia ſuorum platoꝝ quando mittuntur.o.ffo.261.conce.675. 2 Cōceſſio pro oib⁹ mona.

Nicolaus. 5.conceſſit fratribus ming. ꝙ poſſint intrare ⁊ predicare in eccleſijs ⁊ locis monialiū ſancte Clare ⁊ aliarum quarūcūqꝫ: vbi ſeculares cōmuniter intrant: de licētia ſuorum prelatorum quando mittuntur.o.ff.65.conce.88.Et ffo.99.conce.366. 3 Predicatio.

¶ Aduerte ꝙ hec conceſſio videtur ſolum eſſe pro predicatoribus: quia dicit intrare ⁊ predicare.i.ad predicandum. Collector.

Pius. 2.ad inſtar Nicolai.5.conceſſit: fratres poſſe predicare ⁊ intrare in locis quarūcūqꝫ monialium: vbi ſeculares cōmuniter intrāt de licentia ſuorum prelatorum quando mittuntur.o.ffo.66.conce.94. 4 Predicatio.

Sixtus. 4.cōceſſit ꝙ fratres mi. poſſint ire de licētia ſuorum platoꝝ: ad eccleſias ⁊ loca vbi habitāt fratres deputati ad regimen monialium.o.fo.63.Et ffo.67.conce.125.Et ffo.96.conce.340. 5

¶ IDEM ſixtus cōceſſit ꝙ fratres predicti: cauſa viſitandi reliquias ſanctorum: vt caput Joannis baptiſte: ad ſanctum Silueſtrum Rome: vel ſanguinem ſancti Frāciſci aſſiſij: ⁊ hmōi: de licētia guardiani illius loci: aut alterius prelati ordinis: poſſint dūtaxat accedere ad eccleſias monialiū ſancte Clare: ⁊ etiam pro temporum ſtationum ⁊ generalium proceſſionum.o.ffo.68.conce.141.Et ffo.96.conce.323. 6 Uiſitatio reliquiarum. Proceſſiōes

¶ IDEM ſixtus cōceſſit ꝙ fratres mino. poſſint de licētia ſuorum prelatoꝝ accedere ad loca monialiū ſancte Clare ⁊ ſancti Dominici: ad que ſeculares accedunt: pro elemoſina petenda: ⁊ cauſa celebrandi: ⁊ pro alijs licitis ⁊ honeſtis.o.ff.69.conce.142.Et ffo.100.conce.388. 7 Cōce.ſpe.p moſi.s.cla.⁊ ſancti dñici.

Alexander. 6.conceſſit ꝙ prouinciales poſſint licētiare fratres: ad alia monaſteria ꝙ̄ ſancte Clare: nō ſolū cauſa elemoſine petēde vel predicationis faciende: ſed etiā pro ſpirituali viſitatione cōſanguinearum vel alia neceſſitate. Intelligendo ſemper de locis ad que ſeculares communiter accedunt.o.ffo.99.conce.369. 8 Cōceſſio pro oibus mo.q nō ſunt ſancte Clare.

Leo. 10.in quodam breui ſuper prefatam materiam: poſuit ſequentem clauſulā. Non prohibemus tamen ꝙ fratres predicti ſcilicet mi- 9

nores infra limites monaſteriorum ſancte Clare: ⁊ ad loca vbi fratres eiſdem ſeruientes habitant: ⁊ alij ſeculares ingrediuntur: intrare ⁊ accedere: necnon cum eiſdem (qñ opus fuerit) ⁊ cum limitationibus in capitulis veſtris ordinatis in locis in quibus reliquę pſone ſeculares cum eiſdem loquuntur: loq poſ

Collector. ſint. B. fff. 17. conce. 56. ℭ Circa predictã clauſulã eſt aduertendũ ꝙ nonnulli fratres opinati ſunt: ꝙ in ea ꝯcedebatur eis amplior facultas ꝙ̃ in reliquis ſupraſcriptis. Attamẽ ſm veritatẽ nihil penitus in ea cõceditur nec ꝺ aliquo deſeruit: q2 licet prefatus Leo non ꝓhibeat predictũ acceſſum: prohibuit tamẽ Nicolaus. 3. vt patet ſupra in. §. 1.

Collector. ℭ Pro intelligentia predictaꝝ conceſſionũ que prima facie videtur continere cõtradictionẽ: aut ſaltẽ negationem ⁊ ſuperfluitatẽ: ſunt aliqua aduertẽda. Primum eſt: ꝙ hmõi conceſſiones fuerũt a diuerſis cõmiſſarijs curie romane vel alijs fratribus ordinis impetrate: quoꝝ aliqui neſciẽtes ea q̃ antea fuerunt cõceſſa: procurauerũt eadẽ vel cõſimilia de nouo impetrare: ſeu alia circa idem latius vel ſtrictius ꝙ̃ antea fuerat cõceſſum. Alterũ eſt ꝙ in quinq3 vltimis cõceſſionibus eſt tanta diuerſitas: ꝙ niſi maxima cũ attentiõe aſpiciantur: vix poterunt bene intelligi: niſi aduertendo ad ſequẽtia. i. ꝙ in illa que eſt Nicolai. 5. ⁊ Pij. 2. limitatur tacite cõceſſio antecedens Eugenij: ⁊ ſolũ conceditur prelatis noſtris facultas licentiãdi fratres ſuos pro predicando: cũ dicat fratres poſſe intrare ⁊ predicare. i. ad predicãdũ: ad loca vbi ſeculares intrãt. In altera aũt que eſt Sixti datur auctoritas prelatis: vt poſſint mittere fratres ſuos ad eccleſiã monialiũ ⁊ ad loca vbi habitant fratres illis ſeruiẽtes. Tamẽ de alijs locis. ſ. loquutorio. ⁊c. nihil ibi cõceditur. In alia vero q̃ etiã eſt Sixti datur predictis prelatis facultas licentiãdi fratres pro tribus caſis dũtaxat. ſ. pro videndis reliquijs: ⁊ ꝑ proceſſionibus ⁊ ſtationibus. Et ſic etiã iſta eſt ad eccleſiam ſolum: ſeu propter ingreſſum in eccleſiã ad tria predicta. In antepenultima vero q̃ ſimiliter eſt Sixti: ⁊ videtur generalis pro oib9 prelatis ⁊ cauſis licitis: reſtringitur ad monaſteria monialium ſancte Clare ⁊ ſancti Dñici. In penultima autem que eſt Alexandri. 6. ⁊ eſt generalis pro oibus cauſis licitis: ⁊ ad quecũq3 monaſteria: prout in ipa patet: ad prouinciales ſolummodo ⁊ ad monaſteria que non ſint ſancte Clare coartatur.

Reſolutio huius materie. ℭ Et ſic reſolutorie eſt notãdũ: ꝙ nulla cõceſſio inuenitur: qua inferiores a prouincialibus poſſint mittere vel licẽtiare fratres ſuos: ad alia monaſteria ꝙ̃ ſancte clare ⁊ ſancti Dñici: niſi pro elemoſina petenda ⁊ ꝑdicatione facienda: ꝓut dicit Nicolaus. 3. in declaratione regule: excepta conceſſione ſuprapoſita Eugenij: que tamẽ (vt predictũ eſt) videtur limitata ⁊ reſtricta ꝑ ſubſequentes conceſſiones ſtrictas ſuoꝝ ſucceſſoꝝ. Ita ꝙ ſi abſq3 aliquo ſcrupulo vellet aliqs frater ire ad monaſteria monialium ſancti Bñdicti: vel ſancti Bernardi: aut ſancti Spiritus: ſeu ſancti Jacobi: reliquarumue conſimilium que non ſunt ſancte Clare aut ſancti Dñici: pro viſitatione ſpirituali conſanguinearum vel pro alijs quibuſcunq3 cauſis neceſſarijs: excepta predicatione ⁊ elemoſine petitione: oporteret habere licentiam a miniſtro prouinciali.

ℭ Aduertendum eſt etiã ꝙ in illis caſibus in qbus dicitur ꝙ guardiani poſſint dare licentiam ad accedendum ad monaſteria. ⁊c. poſſunt a ſuis ſuperioribus prohiberi: prout frequenter fit tam ab ipſis ꝙ̃ a capitulis generalibus vel prouincialibus aut cuſtodialibus. ℭ Aduertendum eſt inſuper qꝺ

poſt omnes prefatas conceſſiones: in quibus auctoritas accedendi ad mona-
ſteria remittitur ad ſuperiores fratrum: facte ſunt alique ordinationes genera-
infra triēniũ ſui officij: a ſuis caplis pͦuincialibꝰ ꝗ ſcđm regulā ⁊ cōſuetudi Prouincianem celebrabũtur: ſi minus vtiles inuēti fuerint: ab officijs pͦuincia latus ab les ⁊ cuſto.
ſolui. Et ꝙ idē iudiciũ de cuſtodibus per omnia habeat̃. B. ffo. 30. ↄce. 97.

Caſus reſeruati.

¶ Diſtinctio materie caſuum reſeruatorum.

¶ Quātum ad illa que circa materiam caſuum reſeruatorũ reperiũtur in pri Collector.
uilegijs fratrũ: eſt cōſiderandũ ꝙ huiuſmodi caſus ſunt in duplici differētia.

Quidam enim reſpiciunt perſonas fratrū ſolūmodo. Et hij habētur ſupꝛa in dictiōe Abſolutio oꝛdinaria quo ad fratres in oibus fere paragraphis. Et i dictione Abſolutio quo ad fratres extraoꝛdinaria in oibus. §. Reliqui vero caſus cōcernunt perſonas ſeculares: qualiter. ſ. poſſint abſolui ab hmōi caſibus per fratres cōfeſſoꝛes: necnon quot & quales ſint pꝛefati caſus: tam qui reſeruā tur epiſcopis ꝙ̄ pape. Iſti aūt cōtinentur ſupꝛa in dictiōe Abſolutio quo ad ſeculares fere in oibus. §. pꝛeſertim in illis in quibꝰ poſitū eſt in margine. Caſus reſeruati pape vel epiſcopis. De quo etiā vide infra in dictiōe Excōmunicatio vbi ponūtur caſus bulle cene dñi: ac nonnulli alij papales.

Celebꝛatio diuinoꝛum.

¶ Diſtinctio materie celebꝛationis diuinoꝛum.

Collectoꝛ. ¶ Circa celebꝛationē diuinoꝝ ſunt multa & varia ſtatuta & cōceſſa in pꝛiuilegijs: que vt facilius intelligi ac reperiri valeāt: ſubſequēti oꝛdine diſtinguere viſum eſt. Pꝛimo enim aliqua iſtoꝝ attinēt ad celebꝛationē hoꝛarū canonicarum. Et hec habētur infra in dictione Officium diuinū. Scdo alia pertinēt ad celebꝛationē miſſarū. Iſta aūt ſunt multiplicia: & habentur ſub varijs dictionibꝰ: put infra in dictione Miſſa ſunt diſtincta & ad ꝓpꝛia loca remiſſa. Et in ſpeciali: illa q̄ cōcernūt locū & tēpus ſeu hoꝛā celebꝛādi: cōtinentur i hac dictione Celebꝛatio diuinoꝝ: ſicut notule in marginibus poſite: oſtēdunt cuilibet. Tertio ſunt multa alia q̄ tāgunt generaliter celebꝛationē diuinoꝝ: tā hoꝛarum canonicarū ꝙ̄ miſſarū ꝑ tēpoꝛe interdicti. Hec aūt continentur ad lōgum in dictione Interdictum pꝛout ibidem reperientur diſtincta.

1 Locꝰ celebꝛatiōis diuinoꝛum. CLemens. 4. cōceſſit ꝙ in locis vbi fratres degūt: poſſint habere oꝛatoꝛia in qbus cū altari poꝛtatili: poſſint miſſaꝝ ſolēnia & alia diuia officia celebꝛare. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 313.

2 Locus celebꝛationis. ¶ IDEM Clemēs ꝓhibuit ne quis in eccleſijs fratrū mino. miſſarū ſolēnia: vel ꝑ animabus eoꝛum q ad loca eoꝝ tumulādi feruntur: ibidem exequias celebꝛare: ſine eoꝛūdem fratrum aſſenſu & voluntate pꝛeſumat. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 236.

3 Tēpus cele. Eugenius. 4. conceſſit ꝙ fratres mi. poſſint celebꝛare miſſam vſqꝫ ad nonā ſine ſcrupulo cōſcientie. o. fffo. 102. cōce. 418.

4 Tēpus cele. Pius. 2. conceſſit ꝙ generalis poſſit dare auctoꝛitatē celebꝛandi per vnā hoꝛam ante auroꝛam: eis quibus ſibi videbitur: apoſtolica auctoꝛitate. o. fff. 97. conce. 346.

5 Locus celebꝛationis. Sixtus. 4. cōceſſit eiſdem fratribus: vt non ſolum in oꝛatoꝛijs & locis quibus degunt: ſed etiam in quouis alio loco cōgruenti & honeſto poſſint ſuꝑ altari poꝛtatili: miſſas libere & licite celebꝛare. B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 344.

6 Tempus celebꝛationis. ¶ IDEM ſixtus cōceſſit ꝙ fratres mino. obſeruātie ſacerdotes: cauſa neceſſitatis: poſſint ante & poſt hoꝛam ſtatutam ab eccleſia celebꝛare. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 109. Et fffo. 96. conce. 324.

7 Tempus celebꝛationis. Innocentius. 8. cōceſſit fratribꝰ oꝛdinis pꝛedicatoꝛum congregationis hiſpanice refoꝛmatis: & minoꝛibus ꝑ cōmunicationem pꝛiuilegioꝛum: ꝙ poſſint celebꝛare per hoꝛam ante diem & per

horam poſt meridiem.o.fo.16.Et ffo.76.cōce.194.Et fffo.101.conce.393. 8
¶ IDEM Innocentius cōceſſit fratribus Auguſtinenſibus ꝙ expleto ma- Tēpus cele-
tutinali officio:etiā ante lucis aurorā poſſint celebrare.b.fff.101.cōce.399. brationis.

Alexander. 6.cōceſſit ad remouendū ſcrupulum ꝯſcientie:ꝙ poſ- 9
ſimus celebrare cum planellis de corio ſine calcaneo.o. Modus ce-
ffo.70.conce.172.Et fffo.99.conceſſione.370. lebrandi.
¶ IDEM Alexander conceſſit fratres poſſe celebrare in cameris ſecularium 10
vel plateis dato ꝙ nō videantur loca honeſta:quia in cameris dormiunt con Locus cele-
iugati:⁊ in plateis fiunt multa prophana.o.ffo.70.conce.173.Et.fffo.99.cō- brationis.
ceſſio.371.

Leo. 10.cōceſſit fratribus mi.obſeruantie vt de licentia ſuoꝝ ſuperiorū 11
(quorū ꝯſciētijs remittit qū̃o fratres debeāt vti hac gratia)poſſint Tēpus cele-
celebrare illico poſt matutinū ⁊ poſt meridiem:preſertim diebus quādo eſt de brationis.
audienda miſſa preceptum:quando fratres habent ambulare: ſiue qn̄ado de
via veniunt:⁊ non poſſunt ante meridiem applicare ad locum vbi cōmode
poſſint miſſam audire ſiue honeſte celebrare. De eſtate vero qn̄ noctes ſunt bre
uiores:etiam ante matutinum chori vel infra:dummodo celebraturus illud
per ſe aut cum ſocio dixerit:prout conſuetum eſt in ordine cum prima.o.fffo.
92.conce.275.
¶ Qualiter autem poſſint ⁊ debeāt fratres celebrare tempore interdicti:ac etiā Collector.
quando ſuſpenditur interdictum in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis vel
alias:vide infra in dictione Interdictum.

Clauſura monialium.

Urbanus. 4.ſtatuit qualiter moniales ſctē Clare ſecū Ex ſecunda
dā regulā(quā ipſe ordinauit)pfeſſe:teneā- regula.s.cla
tur ſeruare clauſurā monaſterioꝝ ſuorū:ſub forma ſequenti. re.
¶ Omni namqꝫ tempore vite ſue hanc vitā pfitentes:clauſe
manere firmiter teneantur infra muroꝝ ambitū ad intrinſecā
clauſurā monaſterij deputatū:niſi forſan(qđ abſit)ſupuenerit
ineuitabilis ⁊ periculoſa neceſſitas:ſicut exuſtiones ignis:vel incurſus hoſtilis
ſeu alicuius huiuſmodi:que dilationem nullo caperet modo ad egrediēdi li-
centiam poſtulandum. In quibus caſibus trāſferant ſe ſorores ad locum aliū Caſus in q-
competētem:in quo(quantum cōmode fieri poterit)clauſe morentur:quouſqꝫ bus monia-
eis de monaſterio ſit prouiſum. Et propter huiuſmodi neceſſitatis euidentiā les poſſunt
nulla eis cōceditur licentia vel facultas:extra predictam clauſuram vlterius egredi clau-
exeūdi:niſi forte(de mādato aut auctoritate cardinalis Romane eccleſie:cui a ſuram.
ſede apoſtolica generaliter fuerit iſte ordo commiſſus)ad aliquem locum ali-
que mitterentur cauſa plantandi vel edificandi eandem religionem:vel refor-
mandi aliquod monaſterium eiuſdē ordinis:ſeu cauſa regiminis:aut corre-
ctionis:aut alicuius valde euidentis ⁊ grauis diſpendij euitandi:vel niſi de
eiuſdem cardinalis mādato:aut auctoritate monaſterio prio rationabili cauſa
relicto:totus conuentus ad monaſteriū aliud ſe transferret.b.fo.284.in tra-
ctatu.3.Et.ffo.294.in.2.tractatu.rubrica.2.
¶ Aduertendum eſt circa predicta:ꝙ propter nullam aliam cauſam poteſt Collector.
exire aliqua de predictis monialibus extra clauſuram ſuorum monaſterioꝝ:

niſi prehabita licentia ⁊ diſpenſatione ſedis apoſtolice:etiam ratione infirmitatis communis. Unde ſuper hoc conſulti multi doctores famoſi vniuerſitatis Salmantine:premiſſa diligenti ⁊ exactiſſima diſcuſſione ac deliberatione: ita debere obſeruari concluſerunt:prout patet in queſtione ⁊ deciſione infraſcripta.

Queſtio notabilis. ¶ Queritur vtrum miniſter generalis aut prouincialis ſeu viſitator vel commiſſarius ordinis fratrum minorum:habens curam monialium ſancte Clare:valeant quandam monialem vnius monaſterij (ſecundam regulam ſancte Clare profeſſam) ad aliud eiuſdem ordinis monaſterium:cauſa alicuius grauis infirmitatis curande licentiare.

Reſponſio. Et licet dubia pro vtraq̃ parte altercata luceſcunt clarius:redimendi tamen temporis gratia:non hincinde altercabitur:ſed negatiua tanq̃ vera apertis fundabitur iuribus ⁊ rationibus:modo ſequenti.

Prima probatio. ¶ Et primo in rubrica ſecunda eiuſdem regule cõtinetur:prout ſupra poſitũ eſt: ꝙ moniales illam vitã ꝓfitentes:firmiter teneantur manere in clauſura toto tempore vite ſue:preterq̃ ſi euenerint certi caſus fortuiti:ibi expreſſi: vt incendij:belli:⁊ huiuſmodi. Poſtea narratis fortuitis:excipit etiam alios non fortuitos tenoris ſequentis. Niſi forte de mandato cardinalis Romane eccleſie:cui generaliter iſte ordo a ſede apoſtolica fuerit cõmiſſus:ad aliquem locũ aliquãdo mitteretur cauſa plantandi vel edificandi eandem religionem. vel reformandi aliquod monaſterium eiuſdem ordinis:ſeu cauſa regiminis:aut correctionis:aut alicuius valde euidentis ⁊ grauis diſpendij euitandi ⁊c. Cũ ergo ad huiuſmodi licentiam obtinendam requiratur mãdatum cardinalis in preſentiarum protectoris ordinis:⁊ dictus Reuerendus pater Miniſter prouincialis. N. nec alius frater officium viſitatoris exercens:non habeat mandatum niſi ſolummodo de viſitando:reformando:corrigendo:⁊ caſtigando non autem de licentiando. Igitur eam licentiare non poteſt.

Secũda probatio. ¶ Secundo:ad hoc ꝙ dictus cardinalis protector poſſit predictam monialem licentiare:oportet vt ſit adhuc in caſibus ſuperiorib9 ſibi cõmiſſis: ſed grauiter infirmari:non eſt de caſibus ſibi cõmiſſis:ergo ⁊c. Et ꝙ non ſit de eis: ꝓbatur:quia ibi ſunt certi caſus poſiti expreſſim ⁊ nominatim:⁊ in fine dicit: vel alicuius valde euidentis ⁊ grauis diſpendij euitãdi. Et ꝙ nõ ſit de expreſſe nominatis:patet cum iſte caſus inter ſuperiores nõ ſit poſitus. Quod non veniat etiam appellatione valde euidentis ⁊ grauis diſpendij euitandi (licet quilibet ſani intellectus poſſet comprehendere) tamen probatur ſic. Si hec monialis eſſet peſte vulnerata:ne corrumperetur tota domus:videretur licẽtiari debere extra clauſuram curandam:quod ſi non fieret videretur valde euidens ⁊ graue diſpendium: quod vt euitaretur:deberet licentiari. Idem de notabili lepra tali videlicet ꝙ ſi eſſet perſona ſecularis iure poſſet extrahi de populo: ⁊ mitti ad domos in cãpis ſeparatas. Uel (qđ abſit) de lepra ſeu morbo morũ: ⁊ ſic de alijs infirmitatibus contagioſis:ex quibus toti cõmunitati ex vnius infirmitate poſſet venire corruptio. Sed de alijs infirmitatibus non contagioſis:q̃q̃ dicatur ꝙ locus eſt illi infirmitati contrarius:vel ꝙ aque ſunt groſſe vel ſimiliã: poteſt reſponderi ꝙ ſi locus eſt humidus:habitet infirma in alto. Si valde ſiccus:in inferioribus:⁊ ſi aque ſunt groſſe:coquantur. Et ſi non eſt copia medicorum:ſit contẽta cum illis vel illo:qui communiter ſufficit ciui-

bus:⁊ ſic debet ſufficere religioſis:⁊ ſimilia. Unde propter huiuſmodi infir-
mitates ſic vel ſic curandas:non poteſt vllo pacto dici ꝙ admittitur vel euita
tur valde euidens ⁊ graue diſpendium. Ad quod pōderanda ſunt verba:ſci-
licet valde euidentes ⁊ graues: quia ſunt duo termini ⁊ copulatiue poſiti:⁊ Nota.
ponuntur diuiſim ratione illius coniunctionis:⁊ iuxta ea que notātur in ru
brica.ff.de iuris ⁊ facti ignorantia. Et ſic requiritur ꝙ iſtud diſpēdium non
ſolum ſit valde euidens:ſed etiam ꝙ ſit graue. Sed cum reuera nec ſit valde
euidens nec graue:dico hoc:non reſpectu perſone:nam reſpectu perſone be-
ne poteſt eſſe valde euidens ⁊ graue: ſed dico reſpectu communitatis: quod
debet ſic conſiderari ratione illius verbi(euitandi)quod de ſui natura requi-
rit duplices perſonas:ſcilicet perſonam que euitetur:⁊ perſonam a qua euite
tur:vt patet per textum ⁊ que ibi trahuntur:in.c.Illud:de cleri.excommuni.
mini. Et in cap̄. Nulli.de ſententia excommunicationis: cum alijs multis iu
ribus que ad prefatum propoſitum adduci poſſent niſi ob prolixitatem vitā-
dam. Igitur.R.P.miniſter prouincialis ſeu viſitator:predictam monialem
licentiare non poteſt.

¶ Tertio conſiderandum eſt ꝙ papa in omnibus locis regule: vbi aliquid Tertia probatio.
contra clauſuram exceptauit:ſiue in caſibus fortuitis:ſiue non fortuitis:nun
ꝗ̄ habuit conſiderationem ad aliquam perſonam particularem. Et eſt veriſi-
mile:immo iuridicum:ꝙ ſi voluiſſet:expreſſiſſet. Unde cū in omnibus ſuis
exceptionibus:papa ſemper conſuluit ⁊ prouidit communitati: bene colligi-
tur ꝙ voluit commoditatem cōmunitatis:aliquando preferri clauſure. Sed
cum nuſꝗ̄ in tota regula reperiatur(nec etiam in vno tantummodo caſu) cō
moditati perſone particularis ſicut commoditati communitatis cōſulere vel
prouidere:aperte patet ꝙ commoditatē ſeu conſolationem perſone particula-
ris:nullo pacto voluit preferri clauſure. Igitur reuerendus pater miniſter p-
uincialis aut viſitator ſeu commiſſarius.M.nullatenus abſq; ſpeciali licētia
ſedis apoſtolice predictam monialem licentiare poteſt.

¶ Propterea ⁊ quarto in dicta ſecunda regula eſt quedā rubrica:ſcilicet duo Quarta probatio.
decima tenoris ſequentis. De infirmis vero cura ⁊ diligentia maxima habea
tur:⁊ ſm quod poſſibile fuerit ⁊ decuerit:tam in cibarijs que earum requirit
infirmitas:ꝗ̄ in alijs neceſſarijs:in feruore charitatis benigne ac ſollicite eis
per omnia ſeruiatur. Que infirme proprium habeant lectum(ſi vnꝗ̄ fieri po
teſt)vbi a ſanis maneant ſeparate:ne illarum ordinem valeāt confundere vel
turbare. Ex qua rubrica duo clariſſime colliguntur. Primum in fauorem p-
ximi precedentis fundamenti.ſ.ꝙ adeo cōmunitatem in ſua ſpirituali ſanita
te papa conſeruare vult: ꝙ precepit vt moniales corporaliter infirme taliter
curentur ꝙ ſanas in diuinis beneplacitis vacantes:nullo modo valeāt cōfun
dere vel turbare. Et ita commoditatem communē ſemper conſiderauit: nūꝗ̄
autem particularē. Secundū eſt quod in hac rubrica papa loquitur de graui
bus infirmitatibus curandis:quod patet quia dicit ꝙ curentur maxima cu-
ra ⁊ maxima diligētia:cum ſollicitudine:⁊ per omnia:⁊ ſimilia verba. Unde
ſequitur euidenter ꝙ ſummus pontifex intellexit de grauibus infirmitatibꝰ.
Aliter enim eſſet minus proportionatum referri ad infirmitates leues ſed ad
graues:cū ſm iura ⁊ oīmodā veritatē:maxima maximis referant̄. Et ſi prouí
detur ad infirmitates graues curādas(quod negari non poteſt) clare conſtat

ꝙ ille caſus: ſcilicet valde euidentis ⁊ grauis diſpendij euitandi: non obtinet locum niſi in infirmitatibus contagioſis: vt ante dictum eſt. Et ſic dict⁹. R. P. M. predictam monialem licentiare non poteſt.

Quinta probatio. ¶ Quinto ⁊ finaliter: licet omnia ſupradicta nō militarent: que iuridice militant: nō curemus querere multas diſputationes cū excuſari poſſunt: nam vbi eſt caſus legis: nō eſt queſtio iuris: vt in. l. ancilla. C. de furtis. Text⁹ eſt expꝛeſſus in ꝓpoſito in. c. vnico de ſtatu regul. lib. vj. cuius verba talia ſunt. Periculoſo ⁊ deteſtabili quarūdem monialiū ⁊c. Inferius ſequitur vbi facit. Nota. Sancimus vniuerſas ⁊ ſingulas moniales pꝛeſentes atqȝ futuras cuiuſcūqȝ religionis ſint vel oꝛdinis: in quibuſlibet mūdi partibus exiſtentes: ſub perpetua in ſuis monaſterijs debere de cetero permanere clauſura. Ita ꝙ nulli earum religionem tacite vel expꝛeſſe ꝓfeſſe: ſit vel eſſe valeat: quacūqȝ ratione vel cauſa (niſi foꝛte tanto ⁊ tali moꝛbo euidenter eaꝝ aliquā laboꝛare conſtaret: ꝙ non poſſet cum alijs abſqȝ graui periculo ſeu ſcandalo cōmoꝛari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas. Ex quibus verbis clare conſtat: licentiam huiuſmodi auctoꝛitate apoſtolica eſſe pꝛohibitam. Nec obſtat ſi aliquis dicat ꝙ hec poteſt intelligi: de exeūdo ad domos ſeculariū (ne ſecularibus moniales illecebris inuoluantur) ⁊ non ad aliud monaſteriū cauſa curādi vel hmōi. Nā glo. non curat de ſimilibus interpꝛetationibus: ſed intelligit textum iſtum de exitu ſimpliciter ⁊ abſolute: dicens ꝙ nec ad aliud monaſteriū cauſa curādi vel huiuſmodi: ſed ꝙ ſit in perpetua clauſura: pꝛeterqȝ in duobus caſibus quos excipit: quoꝝ noſter nullus eſt. Igitur. R. P. M. pꝛedictam monialē licētiare nō poteſt: vt multipliciter ⁊ euidēter ꝓbatum eſt per pꝛedicta. Collectoꝛ. ¶ Ex pꝛedictis infertur euidenter: ꝙ nullatenus poteſt aliquis pꝛedictoꝝ pꝛelatoꝝ: abſqȝ licentia ſedis apoſtolice: mutare aliquā monialē ſue cure ſubiectā: de monaſterio in quo pꝛofeſſa eſt: vel de alio ad quod legitime tranſlata eſt: ad aliud monaſteriū vt ibi habeat curam infirmaꝝ: vel vt pulſet oꝛgana: vel ꝓpter alias conſimiles cauſas: niſi ſolū ꝑ cauſis expꝛeſſis per Vrbanū vt ſupꝛa poſitum eſt.

Commiſſarij.

1 De cōmiſſario generali. Leo. 10. ſtatuit vt quando generalis miniſter electus fuerit d cīſmōtanis: inſtituat in partibus vltramōtanis vnū generalem cōmiſſarium ab eiſdē vltramōtanis fratrib⁹ eligēdū: cui miniſter generalis ſup pfatos fratres vltramontanos v ces ſuas cōmittat: put caplo generali expedire videbitur. Ita tamē ꝙ cōmiſſarius pfato miniſtro generali omnimode ſubijciat: vt ceteri dicti oꝛdinis platis ſubijciuntur: ac illi p oia ſm regulam obedire teneatur. Dū vero miniſter generalis fuerit ex vltramōtanis fratribus electus: tunc pariformiter cōmiſſarium generalē ciſmōtanum inſtituere debet parimodo quo de vltramontano cōmiſſario ſuperius dictū ⁊ ſtatutum eſt. Qui qdē cōmiſſarius generalis per trienniū ſolum: generalis cōmiſſionis fungetur officio. Quo trienio elapſo: nouus cōmiſſarius per miniſtrum generalē in capitulo generali vt ſupꝛa eligendus (ſm qꝺ vltramontanis vel ciſmōtanis de cōmiſſario fuerit ꝓuidendum) inſtitui debeat. B. fff. 29. conce. 95.

2 ¶ IDEM Leo fecit quoddam decretum aduerſus commiſſarios cruciate: pꝛout habetur in dictione Cruciata. §. 4. vide ibi.

Communicatio priuilegiorum.

Diſtinctio materie cõicationis priuilegiorũ fratrum mendicantiũ.

¶ Aduertendum ꝙ reſpectu cõmunicationis priuilegiorum facte ſunt multe ac varie conceſſiones omnibus ordinibus fratrũ mendicantiũ: que inferi⁹ annotãtur. Sed attendere oportet ꝙ ille que ſpecialiter cõcernunt fratres minores ⁊ moniales ac tertiarios eoꝝ cure ſubiectos: ponuntur primo. Ille autem conceſſiones que tãgunt fratres ordinis predicatoꝝ: ponuntur ſecundo loco. Ille vero cõceſſiones que ſpectant ad fratres Auguſtinenſes: necnon ad ſuos tertiarios: ponũtur cõſequẽter in tertio loco. Quedã autem conceſſio que pertinet ad fratres Carmelitanos: ponitur quarto loco. Alia etiã inſuper conceſſio attinẽs ad fratres ordinis minimoꝝ: ponitur quinto loco. Sed pro omnibus mendicantibus inſimul: habetur quedam alia conceſſio: que ponitur in fine omnium. Collector.

¶ Pro fratribus minoribus ac etiam predicatoribus.

1 Sixtus. 4. cõceſſit pfeſſoribus ordinis mi. vt pceſſis fratribus pdicatorib⁹: ⁊ eiuſdẽ predicatoꝝ ordinis fratribus: vt cõceſſis predictis fratribus minoribus priuilegijs: indulgentijs: gratijs: fauorib⁹ ⁊ indultis: tã ſpiritualib⁹ ꝙ̃ temporalibus: a romanis pontificibus pdeceſſorib⁹ ſuis ⁊ alijs auctoritatẽ habẽtibus (que oĩa ac ſi nominatim exprimerẽtur haberi voluit pro expreſſis) potiri ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeant perpetuis futuris temporibus: in omnibus ⁊ per omnia: prorſus ⁊ ſine vlla differentia: perinde ac ſi que vni ex ordinibus predictis ſunt conceſſa: vtriq3 ſimul nominatiȝ cõceſſa fuiſſent aut concederentur impoſterum. Et voluit ꝙ ea que de magiſtro generali ⁊ prouincialibus prioribus dicti ordinis predicatoꝝ: ac monaſterijs monialium ſub eorũdem fratrum predicatorũ cura: ⁊ ſm ipſius ordinis inſtituta viuentiũ: ſunt ſtatuta: in generali ⁊ prouincialibus miniſtris ⁊ vicarijs dicti ordinis minorum ⁊ monaſterijs monialium ſancte Clare: ⁊ econtra: cenſeantur eſſe ſtatuta. B. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 354.

2 ¶ IDEM Sixtus in bulla Aurea: oẽs ⁊ ſingulas gratias: cõceſſiones ⁊ peccatorum remiſſiones: immunitates: exẽptiones: facultates: priuilegia ⁊ indulta ſpiritualia ⁊ temporalia qualiacũq3 ſint: heremitaꝝ ſancti Auguſtini ⁊ Carmelitarũ ⁊ Seruorũ ſancte marie fratrũ ordinibus: ⁊ eoꝝ eccleſijs ⁊ oratorijs: ac domibus: prioribus: fratribus ⁊ ſororibus: conuerſis ⁊ oblatis ⁊ vtriuſq3 ſexus perſonis de penitentia nũcupatis: a predeceſſoribus ſuis romanis pontificibus ⁊ ab eodẽ Sixto aut alijs auctoritatẽ habẽtibus (que omnia ac ſi nominatim exprimerentur haberi voluit pro ſufficienter exp̃ſſis) coniunctim vel diuiſim: in genere vel in communi conceſſa: eiſdem vel eorum cuilibet predicatorum ⁊ minorũ fratrum ordinibus: domibus: eccleſijs: oratorijs: generali magiſtro: miniſtro: prioribus: ⁊ miniſtris prouincialibus: ꝯuentualibus prioribus ⁊ guardianis: ſororibus: oblatis: conuerſis: ⁊ vtriuſq3 ſexus tertij ordinis ſeu de penitentia nuncupatis: ⁊ alijs eorũdem ordinum perſonis: de nouo conceſſit: ⁊ in eis locum habere voluit: ac ſi eiſdem nominatim: directe ⁊ exp̃ſſe conceſſa fuiſſent. B. fo. 66. Et ffo. 149. conce. 367. Pro fratribus minoribus ⁊ pdicatorib⁹ ⁊ eis ſubiectis.

5 ¶ IDEM Sixtus conceſſit ſeu communicauit fratribus ⁊ ſororibus trium

Pro tribus ordinib⁹.s. Francisci. ordinum beati Francisci: omnia priuilegia tam spiritualia ꝙ̄ temporalia: ceterisqꝫ indulgentias ceteris mendicantium ordinibus cōcessas: taꝫ in cōmuni ꝙ̄ in particulari: eorūqꝫ ecclesijs ⁊ locis quibuscūqꝫ. b. fo. 109. conce. 464.

4 Pro monialib⁹. s. clare. ¶ IDEM Sixtus cōcessit ꝙ sorores sancte Clare sub obedientia fratrū mi. obser. existētes: gaudeant omnibus priuilegijs exēptionibus ⁊ gratijs concessis in genere sororibus reformatis sororis colete. o. ffo. 96. conce. 338.

5 **Innocentius.** 8. cōcessit ꝙ omnia indulta: gratie ac priuilegia cōcessa ⁊ cōcedenda fratribus familie cismōtane: cēseantur etiam concessa vltramontanis: ⁊ ecōuerso. o. fo. 64. Et ffo. 68. cōce. 135. Et ffo. 69. conce. 145.

6 Pro tertiarijs in pticulari viuētibus. ¶ IDEM Innocētius extendit seu cōmunicauit gratias ⁊ indulta cōcessa fratribus ⁊ sororibus tertij ordinis in cōmuni viuentibus: etiam illis qui viuunt in particulari. o. fo. 64. Et ffo. 69. cōce. 146. Et ffo. 100. conce. 375. ¶ Qualiter prefata cōcessio sit intelligenda: ponitur in dictione tertiarij post omnes concessiones. vide ibi.

7 Ampla cōicatio priuilegio. **Alexander.** 6. cōcessit fratribus mi. regularis obseruantie: vt oīb⁹ ⁊ singulis gratijs ⁊ priuilegijs: libertatibus: imunitatibus ⁊ indultis spiritualibus ⁊ tēporalibus: tam fratrum predicatorū ꝙ̄ heremitarū sancti Augustini ⁊ beate Marie de mōte carmeli: omnibusqꝫ alijs mēdicantibus per sedem apostolicam vel legatos eiusdem: etiam per literas apostolicas mare magnū nuncupatas: hactenus concessis (quorū tenores ac si de verbo ad verbum insererentur haberi voluit pro sufficienter expressis) vti potiri ⁊ gaudere libere ⁊ licite possint ⁊ debeāt in oībus ⁊ per oia: perinde ac si predictis fratrib⁹ mino. specifice cōcessa fuisset. B. fo. 76. ⁊. ffo. 159. cōce. 378.

8 **Julius.** 2. cōcessit fratribus mi. cōsimilem cōmunicationem priuilegiorum alioꝝ ordinum mendicātiū: ad literam ponēdo verba que Alexander. 6. posuerat in concessione cōmunicationis in. §. 7. immediate precedenti annotata. B. ffo. 12. conce. 49.

9 Pro fratribus circa ⁊ vltramontanis. ¶ IDEM Julius cōcessit fratribus mi. obseruātie vltramontanis: hoc est Hispanis: Gallis ⁊ Alemanis: ꝙ omnibus indultis ⁊ priuilegijs: exēptionibus: immunitatibus: gratijs: indulgentijs ⁊ libertatibus familie cismontane concessis ⁊ imposterum concedendis: vti potiri ⁊ gaudere libere ⁊ licite: prorsus ⁊ absqꝫ vlla differentia in omnibus ⁊ per omnia valeant: perinde ac si illa omnia eidē familie vltramontane nominatim hac specialiter ⁊ expresse cōcessa fuissent. B. ffo. 57. conce. 69. ⁊. ffo. 3. conce. 5.

10 Particularis ꝓ fratri. mi. regnorū castelle. ¶ IDEM Julius cōcessit fratribus minoribus eorūqꝫ domibus: omnia ⁊ singula priuilegia: immunitates: exēptiones: cōcessiones: indulgētias ⁊ indulta: etiam viue vocis oraculo ꝙ̄ alias sub quibuscūqꝫ tenoribus ⁊ formis fratribus ordinis predicatoꝝ regularis obseruātie regnoꝝ castelle ⁊ legionis ac illorum domibus per ipsum Juliū ⁊ predecessores suos romanos pontifices aut sedem apostolicam concessa: ac si predictis fratribus ordinis mi. eorumqꝫ domibus concessa forent. B. fo. 60. Et ffo. 127. conce. 284.

11 Declaratio ⁊ noua cōces. cōicationis ⁊ ¶ IDEM Julius postea declarauit ⁊ concessit: ꝙ in predicta priuilegiorum gratiarum ⁊ indultoꝝ prefatorum cōmunicatione (. s. ordinis predicatorum) tam vniuersaliter per predecessores suos toti ordini mino. ꝙ̄ etiam per ipsum particulariter predictorum regnoꝝ prius facta: vt ea quoad absolutionem ⁊

diſpenſationem vel alias:ad priorem generalem ſeu magiſtrum ordinis pſa- uilegioꝝ fra
torum fratrū predicatoꝝ ſpectant:ad miniſtrū vel vicariū generalem fratrum trā pdica.fa
minorū pertineant.Et ea que ad priores cōuentuales.i.prelatos ſingularū do cta fratrib⁹
morum ordinis predicatoꝝ ⁊ eorū vicarios ſimiliter ſpectāt:ad guardianos minoribus.
⁊ eorum vicarios ordinis mi.etiam pertineant.Et ea que ad priores ſeu vica- Pro quibuſ
rios vel ſuperiores prouinciales.i.prelatos qui medij ſunt(quocunq̄ noīe cē libet platus
ſeantur ⁊ vocentur)inter predictum generalem vel magiſtrū ordinis ⁊ priores ordinis.
conuentuales eorumq̄ vicarios:ſimili modo ſpectant:ad miniſtros ⁊ vica-
rios prouinciales ac cuſtodes:qui etiā medij ſunt inter miniſtrum ⁊ vicariū
generalē ⁊ guardianos eorūq̄ vicarios:ſimiliter pertineāt.Et q̄ ſicut de pote
ſtate prelatorum.ſ.de prelatis ad prelatos dictū eſt:ita de cōgregationibus vni
us ad cōgregationem alterius ordinis:⁊ de fratribus priuatis.i. ſine prelatu-
ra ad fratres priuatos:⁊ de feſtiuitatibus ad feſtiuitates:in hijs caſibus in q-
bus congregationibus:vel fratribus priuatis:ac feſtiuitatibus alterius ordi-
nis:aliquid conceſſum eſt:nunc ⁊ p tēpore reſpectiue conceſſa intelligantur.
Ita q̄ ea que in honorem ſanctorum Dnici:Petri martyris: Thome de aq- Pro ſanctis
no:Catharine de ſenis:fratribus vel locis predicatorum ſunt cōceſſa: eia illa ordinis.
fratribus mi.pſatis:eorūq̄ locis ac feſtiuitatib⁹ ſanctoꝝ Franciſci:Antonij:
Lodouici:Bernardini:Bonauenture:Quinq̄ martyrū dicti ordinis qui
apud Marrochiū martyrij coronā adepti ſunt:⁊ ſancte Clare:ac in alijs fe-
ſtiuitatibus dicti ordinis minoꝝ:licet ſint in maiori numero q̄ feſta ipſoꝝ fra
trum predicatoꝝ:ſint ⁊ intelligantur cōceſſa.B.fff.74.conce.222.

Leo. 10.cōceſſit:q̄ ſicut moniales.s.Clare gaudēt priuilegijs fratrū mi. 12
ita ⁊ i, ſi fies gaudeāt ⁊ vti poſſit priuilegijs ipſaꝝ monialibq̄ ſub De priuile.
cura ipſoꝝ ſunt dumtaxat:⁊ in ſpiritualibus tantum.O.fffo.62.conce.196. monialiū ſā
Idem Leo cōceſſit:vt omnia ⁊ ſingula priuilegia ⁊ indulta ordini fra- cte Clare.
trum mi.tam per ipſum Leonem q̄ p alios quoſcūq̄ romanos pōtifices con 13
ceſſa fratribus regularis obſeruātie ac ꝯuentualibus predicti ordinis: inuicē Pro obſer-
perpetuo ſint cōmunicata: eiſq̄ ſuffragentur inquātum cōcordie per eundē uātib⁹ ⁊ ꝯuē
Leonem facte ſunt contraria. B.fffo.32.conce.114. tualibus.
Idem Leo declarauit ⁊ cōceſſit:q̄ illud quod conceditur omnib⁹ ſan- 14
ctis ordinis predicatoꝝ iunctim ⁊ cuilibet ſeu aliquibus eoꝝ:intelligatur con Pro ſanctis
ceſſum omnibus ſanctis ordinis mi.etiam iunctim ⁊ cuilibet eorum: etiam ſi ordinis.
ſint in maiori numero.O.fffo.58.conce.164.

Pro fratribus predicatoribus ſigilatim.

Leo. 10.motu proprio cōicauit ⁊ de nouo cōceſſit ordini predicatoꝝ oēs 15
⁊ ſingulas gratias:cōceſſiones:indulgētias:peccatoꝝ remiſſiones Pro fratri.
prerogatiuas:fauores:immunitates:exēptiones:facultates:priuilegia ⁊ indul predicatori.
ta:tam ſpiritualia q̄ tēporalia qualiacūq̄ illa ſint:que minoꝝ: heremitarum
ſancti Auguſtini: Carmelitaꝝ:Seruoꝝ btāe Marie:ac minimoꝝ fratrū ordi
nibus:⁊ coꝝ eccleſijs ⁊ oratorijs:ac eccleſias ipſas ⁊ oratoria viſitātibus : cu-
iuſcūq̄ ſtatus aut ſexus exiſtant:ſeu p eoꝝ manutentione ⁊ ornatu contribuē-
tibus: necnon domibus ⁊ preſidentibus:non ſolum generalibus ſed etiā pro
uincialibus ⁊ conuentualibus:fratribuſq̄ ⁊ ſororibus:necnon monialibus
⁊ conuerſis ⁊ oblatis:ac vtriuſq̄ ſexus perſonis de penitentia ſeu tertij ha-
bitus nūcupatis;a pdeceſſorib⁹ ipſi⁹ Leonis:aut ab ipſo eiuſq̄ ſucceſſoribus

aut alijs auctoritatẽ habentibus:cõiunctim vel diuiſim:in genere vel in ſpe-
cie conceſſa ſunt aut imposterũ cõcedentur:ac ſi omnia ⁊ ſingula nominatim
Nota. exprimerentur:dicto ordini predicatorũ ⁊ illius eccleſijs:oratorijs : ⁊ eccleſias
ipſas ⁊ oratoria viſitantibus:ſeu pro earũ manutentione ⁊ ornatu cõtribuen-
tibus:necnõ domibus:magiſtroqꝫ generali:prouincialibus ⁊ conuentualibꝰ
fratribꝰ etiã ⁊ ſororibus ſiue monialibꝰ:cõuerſis quoqꝫ ⁊ oblatis:ac vtriuſqꝫ
ſexus perſonis de penitentia nominatis:⁊ alijs eiuſdem ordinis perſonis. Et
in fine ponit latiſſimas ⁊ fortiſſimas nõ obſtãtias:ita ꝙ in omnibus cõmuni-
cationibus priuilegioꝝ nõ reperitur alia melior cõceſſio nec adhuc equalis vt
patebit bene intuenti. B.ffo.69.conce.216.

Collector. ¶ Aduertendũ eſt:ꝙ virtute cõmunicationis priuilegioꝝ inter fratres mino-
res ⁊ predicatores per Sixtum.4.in mari magno:etiã de cõcedẽdis impoſte-
rum facte:vt patet ſupra.§.2.poſſumus nos fratres minores vti ⁊ gaudere ſu-
pradicta cõmunicatione copioſiſſima priuilegioꝝ aliorum ordinum mendicã-
tium. Et deſeruit nobis preſertim pro priuilegijs fratrũ minimoꝝ de quibus
directe nunq̃ꝫ habuimus cõmunicationẽ:ſaltẽ que ad manus noſtras perue-
nerit. Ac ſimiliter deſeruit nobis ad gaudendum priuilegijs ꝑdictis ordini-
bus impoſterum concedendis:quia pro talibus non habemus directam con-
ceſſionem:ſed ſolum de iam conceſſis.

¶ Pro fratribus auguſtinenſibus ſpecialiter.

16 **Alexander.** 4.cõceſſit fratribus Auguſtinẽſibꝰ: vt quãdo ad vnũ corpus eſſent omnes reducti:omnibus priuilegijs do-
mibus ſingularibꝰ cõceſſis:poſſent omnes ſic reducti ⁊ adunati gaudere. B.
ffo.245.conce.595.

17 **Alexander.** 6.motu proprio cõceſſit fratribus Auguſtinẽſibus: vt omniũ ⁊ ſinguloꝝ religioſoꝝ cuiuſcũqꝫ obſeruãtie fue-
rint:⁊ domoꝝ:locoꝝ:perſonarũqꝫ in illis degẽtiũ:quibus vt priuilegijs dicti
Nota. ordinis Auguſtinẽſium vti poſſint:per eandẽ ſedem cõceſſum eſt:poſſint ⁊ va-
leant huiuſmodi Auguſtinẽſes:ipſoꝝ locoꝝ:domoꝝ ⁊ perſonaꝝ in illis habi-
tantiũ:priuilegijs:indultis:immunitatibus:cõceſſionibus: exẽptionibus : in-
dulgẽtijs ⁊ libertatibus eis in genere quacũqꝫ apoſtolica auctoritate conceſſis
(quorum tenores haberi voluit pro expreſſis ⁊ ſpecificatis) vti:potiri ⁊ gaude-
re perpetuis futuris temporibus libere ⁊ licite. B.ffo.78.conce.235.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ hec eſt magna cõceſſio ⁊ cui nullibi aliam ſimilẽ reperi. Uirtute
autem huius videtur ꝙ etiã fratres minores:ratione cõmunicationis priuile-
gioꝝ:poſſint vti priuilegijs illoꝝ quibus ſua ꝓuilegia ſunt cõmunicata: vſqꝫ
ad datam predicte cõceſſionis Auguſtinẽſium:ſed non de impoſterũ cõceſſis
aut concedendis:quia de illis non eſt facta mentio.

18 **Julius.** 2.omnia ⁊ ſingula priuilegia:immunitates:exemptiones:con-ceſſiones:indulgẽtias ac peccatoꝝ remiſſiones ⁊ indulta que-
cunqꝫ:quibuſuis cõgregationibus ſeu ſocietatibus aut alijs locis ⁊ illorũ per-
ſonis:ordinis fratrũ heremitaꝝ regularis obſeruãtie nuncupatis generaliter
cõceſſa:ad ipſum ordinẽ fratrũ heremitaꝝ ⁊ illius perſonas:ac ſi illis ſpecia-
liter cõceſſa fuiſſent:auctoritate apoſtolica extendit ⁊ illis cõmunicauit.b.ffo.
Collector. 265.cõce.684. ¶ Aduertendum eſt ꝙ virtute huius cõceſſionis credebant
aliqui fratres predicti ordinis:poſſe gaudere priuilegijs ⁊ indulgẽtijs particu-

laribus: domibus ſui ordinis cōceſſis: vt ſancte Marie de populo vrbis Ro-
me: ⁊ ſimilibus. Et alij fratres aliorū ordinū mēdicantiū credebant ꝙ virtute
cōmunicationis priuilegiorū: ſimiliter eſſet eis cōceſſum. Sed Leo. 10. declara
uit: debere intelligi: ꝙ gaudeāt prędicti fratres priuilegijs gnāliter ↄceſſis con
gregatiōibus ⁊ pſonis ⁊ locis cōgregationū: ⁊ nō domib⁹ vel pſonis particu
laribus cōgregationū vel ordinis: cōceſſis: vt habetur. B. ſſo. 56. cōce. 157.

¶ IDEM iulius ſtatuit vt quicquid indulgentiarum ⁊ gratie fratribus ⁊ 19
monialibus: mantellatis ⁊ corrigiatis ordinis heremitarum ſancti Auguſtini
conceſſum eſt: id omne vtriqȝ ſexui cōceſſum intelligatur: viris. ſ. atqȝ mulie-
rib⁹: dūmodo a generali vel priore aut rectore alicui⁹ loci dicti ordinis (aucto-
ritate gratie aſſequēde) facultatē obtinuerint. B. ſſſ. 76. conce. 227.

¶ IDEM iulius decreuit cōmunicationem priuilegiorum aliorum ordinuȝ 20
mendicātium factam fratribus Auguſtinenſibus: ad ea etiam extendi que vi- Oracula.
ue vocis oraculo ab eis impetrata: aut eis in genere donata ſunt. Et voluit vt
quicquid alicui eorūdem: hoc modo: aut quocuis alio conceſſum eſt hactenus
aut impoſterum concedetur: ſiue conuentualibus: ſiue obſeruantibus nūcu-
patis id omne motu proprio ⁊ ex certa ſcientia: eiſdem Auguſtinēſibus ſit cō-
ceſſum. b. ſſſ. 95. conce. 309.

¶ IDEM iulius: in alio breui prędictis Auguſtinēſibus directo: poſuit ſe- 21
quentem clauſulam. Cōmunicationem quoqȝ priuilegiorū cū alijs ordinibus
omnibus: firmamus roboramus: volētes priuilegia noſtra omnia itegre ⁊ ad
verbum vt ſonant pleniſſime atqȝ inuiolabiliter vbiqȝ gentiuȝ obſeruari. b.
ſſſo. 95. conce. 311.

¶ IDEM iulius confirmauit cōmunicationem priuilegiorū quam Sixtus 22
4. fecerat inter fratres Auguſtinenſes ⁊ alios mēdicantes. Et inſuper decreuit
ac voluit: vt quicquid vſqȝ tunc ordini minorū: aut predicatorum: aut Car-
melitarum: aut Seruorū beate Marie conceſſum ab apoſtolica ſede eſt: ⁊ ꝗ-
quid in futurum concedetur: eiſdem fratribus Auguſtinēſibus cōceſſum ſit.
Ita ꝙ fratres huiuſmodi eiſdem conceſſionibus perpetuo vti poſſint: perin-
de ac ſi eis nominatim conceſſa eſſent. B. ſſſ. 67. conce. 212.

LEO. 10. declarauit ⁊ cōceſſit: ꝙ perſone trium ordinum ſancti Auguſti 23
ni: videlicet fratres: moniales ⁊ mātellati omnibus ⁊ ſingulis pri- Pro tribus
legijs: gratijs ⁊ indultis que in mari magno ſeu in alijs conceſſionibus: tam ordinib⁹ au-
per ipſum ꝗ̄ per alios Romanos pontifices ꝑdeceſſores ſuos: ordini ante di guſtinen.
cto conceſſis continentur: plene ⁊ largiter perfrui poſſint ⁊ debeant. Sed vo-
luit ꝙ quarti gradus vtriuſqȝ ſexus perſone: indulgentijs tantummodo gau Nota.
deant. b. ſſſ. 122. conce. 556.

¶ Aduerte ꝙ iſte perſone quarti gradus videtur ꝙ ſunt ꝗ̄ in aliquibus literis Collector.
apoſtolicis vocantur corrigiate. i. que ſolum deferunt corrigiam ſancti Augu
ſtini: de quibus ſupra in. §. 19. Attamen vtrum hmōi corrigiati poſſint gau-
dere omnibus gratijs ⁊ conceſſionibus ſpiritualibus (virtute illius dictionis
indulgentijs) quibus alij ꝑdicti tres gradus ſeu perſone trium ordinum prędi
ctorum gaudent: non auderem ego aſſerere.

¶ IDEM leo conceſſit generali priori Auguſtinēſi. vt quicquid indulgen- 24
tiarum ⁊ gratie fratribus: monialibus ⁊ mantellatis ac corrigiatis cōceſſum
eſt: id omne vtriqȝ ſexui conceſſum intelligi: ſicut ſupra. §. 19. conceſſerat Iu-

lius.b.ſſfo.122.conce.557.

25 Pro fratribus carmelitis ſignāter.

Sixtus. 4.conceſſit fratrib⁹ ordinis Carmelitarū: vt gaudere ꝛ potiri poſſint ꝛ debeāt: priuilegijs: indulgētijs: gratijs: ꝛ fauoribus: ac indultis: tam ſpūalibus ꝙ tēporalibus: cōceſſis fratribus predicatoribus: ꝛ minorib⁹: ac heremitanis ſancti Auguſtini: velut ſi pdicto ordini Carmelitarū nominatum cōceſſa fuiſſent: aut cōcederentur in futurū. Et circa huiuſmodi cōmunicationem facit copioſam ex ſpecificationem de cōceſſis reſpectu platorum predictorum ordinum. B.fo.105. Et ſ.o.188.conce.485.

26 Pro fratrib⁹ minimis

Julius. 2.cōceſſit ac indulſit cultricibus: ac fundatricibus ordinis minimorū: ꝛ earū vtriuſqꝫ ſexus liberis procreatis ꝛ procreādis: vt oibus ꝛ ſingulis eiuſdē ordinis minimorū priuilegijs: gratijs: immunitatibus: ꝛ libertatibus: exēptionibus: indultis: cōceſſionibus: ꝛ indulgentijs: vti potiri ꝛ gaudere: libere ac licite valeant. B.ſſfo.9.conce.31.

¶ Pro omnibus mendicantibus generaliter.

27 Pro oibus mēdicātib⁹

Leo. 10.motu pprio ꝛ ex certa ſciētia approbauit. ꝛ inouauit: ꝛ ꝯfirmauit: ac plenū firmitatis robur obtinere: ꝛ firmiter obſuari voluit: ac de nouo cōceſſit cōicationē priuilegiorū omniū ordinū mēdicātiū: quā fecerat Julius.2.fratribus mi.obſ. dādo ſup hoc iudices. B.ſſfo.17.conce.57.

Communicare.

¶ Diſtinctio materie cōmunicationis corporis Chriſti.

Collector. ¶ Sciendū ꝙ circa cōmunionem eucharistie: ſeu corporis Chriſti: inueniunt cōplura in priuilegijs fratrū. Et iſtorꝫ quedā tangūt pcise perſonas fratrū ꝛ monialium eorꝫ cure ſubiectarū. Hec gūt habētur infra in.§.7.ꝛ in remiſſionibus ibi additis: ac etiā infra in.§.11. Alia vero cōcernunt perſonas ſecularīū. Et iſta continentur infra in omnibus.§.exceptis ſupra nominatis. Et quo ad hoc vide etiam ſupra in dictione Abſolutio quoad ſecu'ares primo.§.14.

1 Pro oibus xpianis.

Eugenius. 4.declarauit: optime iuri ſatiſfactū eſſe ꝛ canoni ſeu decretali Omnis vtriuſqꝫ ſex⁹ ſi in hebdomada ſancta: vel infra octauas paſche reſurrectiōis dñice (ſcdm meliorē diſpoſitionē cōſcientie: ꝛ aptionē mentis deuotionē) fideles ſacroſanctum ſacramētum eucharistie accipiant. B.ſſo.114.cōce.248. Et idem cōceſſit oraculo viue vocis.o.fo.61. Et ſſo.64.conce.81. Et ſſfo.95.conce.316.

2 Pro forenſibus.

¶ IDEM eugeni⁹ ꝯceſſit ꝙ qñ qs tpe paſchali ſe reperit i aliena dioceſi: ſemper ibi intelligitur adeptū icolatū: vt ibi cōfiteri ꝛ cōicare valeat: quantūcūqꝫ ibi paruo tpe ſteterit.o.fo.61. Et ſſo.64.conce.80. Et ſſfo.95.conce.315.

3 Pro oibus xpianis.

¶ IDEM eugenius declarauit: ꝙ quādo ſacerdos parrochialis dat licētiā ſuo ſubdito vt a quocūqꝫ poſſit recipere eucharistiam: eo caſu poſſit recipere eam a religioſis.o.ſſfo.101.conce.401.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ dubitatū fuit hoc: qꝛ vltra phibitionē cōmunē: eſt particulariter phibitū religioſis per Clementinam Religioſi de priuilegijs.

4 Pro oib⁹ et forenſibus.

Nicolaus. 5.cōceſſit generalibus ꝛ puincialibus miniſtris ꝛ omnibus cōfeſſoribus ordinis mi. deputatis ad audiēdas cōfeſſiones ſecularīū: vt poſſint oibus (quarūcūqꝫ dioceſum) quorꝫ cōfeſſiones audierint: ſacratiſſimi corporis dñici cōmunionē dare omni tēpore: pterꝙ in

die reſurrectionis dñice. B.fo.30. Et ffo.114.cōce.249. Et ffo.58.cōce.159.
¶ Aduerte ad ampliationē ⁊ declarationē huius cōceſſionis infra poſitā.§.9. Collector.

Sixtus. 4.fecit cōſimilem conceſſionem ad literam: ſicut Nicolai.5. 5
immediate ſupra poſitā. B.fo.30 Et ffo.114.conce.250. Et
ffo.58.concc.159.
¶ IDEM Sixtus cōceſſit fratribus mi. vt poſſint adminiſtrare ſacramenta 6
euchariſtie ⁊ extreme vnctionis illis quorum cōfeſſiones audierint: quādo re Sacramēta
ctores ſeu curati eorum malicioſe: aut ſine rationabili cauſa denegauerint ſeu
diſtulerint illa adminiſtrare. Et voluit ꝙ ſuper hoc ſtetur aſſertioni eorundem
confeſſorum vel penitentium. B.fo.60. Et ffo.144.conce.348.
¶ Sed aduertendū eſt ꝙ huiuſmodi conceſſio fuit modificata per Leonem Collector.
10. prout habetur infra.§.10. Uide ibi cum ſua declaratione.

Innocentius. 8. ac etiā Leo.10. cōceſſerunt fratribus mi. ac mo- 7
nialibus eorum cure ſubiectis: cōmunicātibus in niul Indulgētia
tis feſtiuitatibus ⁊ diebus: dūcis indulgētiā plenariā: put habetur infra i di- plenaria.
ctione Indulgētie plenarie quo ad fratres.§.6.⁊.7.⁊.11.⁊.18.ac.19.

Julius. 2.cōceſſit ꝙ abſq; aliquo conſcientie ſcrupulo: poſſint fratres 8
mi. obſ. prouinciarum regnorum Caſtelle ⁊ legionis: ſacramentum
euchariſtie tēpore interdicti: corā quibuſuis perſonis ſecularibus vel regulari Interdictū.
bus (facultatem audiēdi diuina officia habentibus) recipere. Quodq; pſone Particularis
predicte facultatem audiēdi diuina officia hmōi habētes: dicto tpe interdicti: pro regnis
ſacramentū hmōi recipere poſſint ⁊ valeāt: licētiam conceſſit. Ita tñ ꝙ hec cō Caſtelle.
municatio ſecularium: intelligatur iuxta facultates conceſſas illis ſecularibus
de intereſſendo diuinis. O.ffo.71.conce.179. Et ffo.101.conce.391.

Leo. 10.conceſſit de nouo idem quod Nicolaus.5.⁊ Sixtus.4.cōceſſe- 9
rant: vt patet ſupra.§.4.⁊.5. Ac declarauit ꝙ licet audire confeſ- Pro oībus
ſiones ſecularium non poſſint niſi in ſupradictis breuibus nominati: miniſ- fratribus ſa-
trare tamen ſacramentū euchariſtie tēpore conceſſo: poſſunt quilibet ſacerdos cerdotibus.
religionis. Et in eo quod dicitur vbi ſupra de die reſurrectionis: declarauit
ꝙ non poſſint miniſtrare ſacramentum euchariſtie in die quo celebratur feſtū Euchariſtia
reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti duntaxat: ſine rectoris parrochia
lis: aut dioceſani licentia. O.ffo.58.conce.160.
¶ IDEM leo poſtea in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: ꝙ euchariſtie: extreme vn- 10
ctionis: aliaq; eccleſiaſtica ſacramēta: nequeāt dare fratres illis quorum (etiā in- Conciliū.
firmorum) confeſſiones audierint: dicētibus proprium ſacerdotē illa ſibi dare de- Sacramēta.
negaſſe: niſi denegatio ſine legitima cauſa facta: vicinorum teſtimonio probata:
aut requiſitio coram notario publico facta doceatur. B.ffo.25.conce.73.
¶ Attñ eſt aduertēdū ꝙ nō obſtāte hoc ſtatuto immediate āteppoſito: poſſunt fra Collector.
tres vti i foro ꝯſciētie: oībus cōceſſionibus ſupius poſitis: q2 idē Leo viue vocis
oraculo reualidauit ⁊ de nouo cōceſſit: oia q p hmōi cōciliū fuerāt d. noſtris
priuilegijs reuocata ſeu reſtricta: vt ponitur infra in dictione Conciliū.§.7.
¶ IDEM Leo diſpēſauit cū monialibus ſancte Clare ⁊ conceptionis bea- 11
te Marie atq; tertij ordinis: vt precepto regule de percipiendo ſanctiſſimum Pro monia
ſacramentum: ſatiſfaciant: per aliquos dies anteponendo vel poſtponendo: libus.
dum tamen illud in fraudem non faciant. O.ffo.61.conce.191. Diſpēſatio.

Ex priuilegijs fratrum minimorum.

11 Julius. 2. cõceſſit fratribus ordinis minimoꝝ: vt in eccleſijs ſuis quo-
Pro forenſi tiẽs opus fuerit: poſſint miniſtrare ⁊ miniſtrari facere ſacra-
bus ⁊ ẽt alijs mentum eucbariſtie: curialibus: mercatoribus: peregrinis ⁊ trãſeuntibus: ac
alijs quibuſcũq; perſonis. B. ffo. 11. conce. 43.
Collector. ¶ Aduerte circa hmõi cõceſſionem pro foro exteriori qualiter modificata eſt
per Leonem decimum in concilio Lateranẽſi. prout habetur ſupra. §. 10.

Commutare.

1 Sixtus. 4. cõceſſit: ꝙ plati ordinis minoꝝ poſſint cõmu-
Prelati. tare legata facta locis noſtris ad vnum vſum: in
Legata. aliũ: ſine ſcandalo tamen illoꝝ ad quos ſolatio taliũ legatorũ
pertinet. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 95. Et ffo. 95. conce. 317.
2 Leo. 10. ampliãdo dictã gratiã Sixti ꝯceſſit ꝙ ſimili mõ
Prelati. poſſint dicti plati facere in rebus donatis per viuẽ-
Elemoſine. tes: ſi tamen vt dictum eſt non ſequatur ſcandalum. o. ffo. 93. conce. 293.
3 ¶ IDEM Leo conceſſit ꝙ fratres mi. poſſint recipere triticũ ac alias res ſu-
perabũdãtes (ſcilz q̃bus in ꝓpria ſpecie fratres nõ habẽt neceſſe vti: aut non in
tanta quantitate) vt pro vino: carnibus ac alijs rebus victui neceſſarijs: per ſin
dicum. Romane eccl'ie eiſdem fratribus datũ: cõmutentur, ⁊ permutẽtur: ſeu
Uendere. vt triticũ ⁊ alia hmõi. vendantur: ⁊ ex pecunia inde prouenientę: vinũ ⁊ car-
nes ac alie res neceſſarie emantur. B. ff. 23. conce. 66.
Collector. ¶ Cauẽdum eſt omnino ab iſta cõceſſione: q̃ eſt relaxatiua ⁊ deſtructiua no-
ſtre ſtricte paupertatis quã in regula promiſimus: cum talia ſic recepta ſint ma
nifeſte pecunia: cuius receptio q̃ꝫ prohibita ſit in regula noſtra: notorium eſt.
Nec ſufficit dicere ꝙ papa diſpenſat in hoc: nam. per. ſimiles diſpenſationes.
vel potius diſſipationes: diſſiparetur religio noſtra ĩ altiſſima paupertate fun-
data: vt patet euidenter in noſtris conuentualibus.

Conceptio virginis.

1 Sacroſancta gñalis Baſilieñſis ſinodus i ſpũ ſctõ
legitime ꝯgregata: vniuerſale eccliaȝ
rep̃ſentãs: diligẽter inſpectis auctoritatibꝰ ⁊ ratiõibus q̃ a di
uerſis partibꝰ corã eadẽ ſancta ſinodo fuerũt allegate: alijſq;
etiã plurimis ſup eadẽ materia viſis ⁊ matura cõſideratiõe
pẽſatis: determinauit: doctrinã illã diſerẽtẽ: glorioſã dei geni
Determina- tricẽ mariã (puenẽte ⁊ cooperãte diuini muneris gratia ſingulari) nũq̃ꝫ actua
tio veritatis liter ſubiacuiſſe peccato originali: ſed imunẽ ſemꝑ fuiſſe ab omni originali ⁊
cõceptionis actuali culpa: ſanctãq; ⁊ imaculatã: tanq̃ꝫ piã ⁊ cõſonã cultui eccleſiaſtico: fidei
v̾ginis marie. catholice: recte rationi: ⁊ ſacre ſcripture: ab oĩbus catholicis approbandam:
fore tenendã ⁊ amplectẽdã: diffiniuit ⁊ declarauit. Ac decreuit nulli de cetero
Predicare. licitũ eſſe in contrariũ predicare ſeu docere. b. fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45.
2 ¶ Eadem ſacroſancta ſinodus ſtatuit qñ ⁊ qualiter ſit hmõi feſtiuitas celebrã-
da: prout habetur infra in dictione Feſtiuitas. §. 6.
3 ¶ Eadem ſancta ſinodus conceſſit nõnullas indulgẽtias: intereſſentibus di-
Indulgẽtie. uinis in prefata feſtiuitate cõceptionis: ſicut ponitur infra in dictione Indul-
gentie quo ad ſeculares. 7. in. §. 1.

Nicolaus. 5.fecit copioſiſſimã confirmationem ordinatorũ in predi 4
cto concilio Baſilienſi:ac per conſequẽs cõfirmauit de Cõfirmatio
terminationem ibidem factam in fauorem immaculate cõceptionis virginis nes concilij.
deipare.b.ffo.44.conce.49.

Sixtus. 4.ſtatuit ꝙ fiat octaua ſolẽnis de feſto conceptionis virginis 5
Marie:⁊ ꝙ de feſtiuitatibus que venerint infra octauã:nihil
tunc agatur:ſed poſt octauam celebrentur. Quoqꝫ ſi feſtum cõceptionis in do-
minica venerit:fiat de feſto:quia ſpecialis effectus dei fuit in illa die:⁊ ideo do Officium di
minica transferatur in ſequentem diem. Et voluit ꝙ tunc in ſecũda feria di- uinum.
cantur ps.nocturnorũ de dñica cum nouem lectionibus ⁊ reſpõſorijs:ſine p̃-
cibus:⁊ miſſa ſine Gloria in excelſis deo:quia Te deũ laudamus non dicitur
Sed in predicto caſu in octaua fiet de dominica:⁊ feſtum octaue transferetur
ad diem ſequentem. Si vero venerit infra octauam:fiet de dñica cuꝫ comme-
moratione feſti.o.fo.64.Et ffo.68.conce.133.

¶ IDEM ſixtus motu proprio:auctoritate apoſtolica reprobauit ⁊ damna- 6
uit aſſertiones predicatorum ⁊ aliorum quorũlibet qui affirmare p̃ſumerent: Reprobatio
ſanctam Romanam eccleſiam de ſpirituali dumtaxat conceptione ⁊ ſanctifi errorum.
catione virginis glorioſe feſtum celebrare:ac illorum qui crederent ⁊ tenerent
ꝙ aſſerentes eãdem genitricem dei ab originalis peccati macula in ſua conce-
ptione preſeruatam fuiſſe:propterea alicuius hereſis labe pollutos fore. Iſtas
namqꝫ aſſertiones vtpote falſas ⁊ erroneas:ac a veritate alienas: editoſqꝫ li-
bros id continentes:ſimiliter reprobauit ⁊ dãnauit. Ac motu ⁊ auctoritate p̃- Prohibitio
dictis ſtatuit ⁊ ordinauit:ꝙ predicatores verbi dei:⁊ quicunqꝫ alij:cuiuſcũqꝫ
gradus:ordinis ⁊ conditionis fuerint:qui de cetero auſu temerario preſum-
pſerint in eorum predicationibus ad populum: ſeu alś quomodolibet affir-
mare huiuſmodi ſic reprobatas ⁊ damnatas aſſertiones : ⁊ opiniones veras
eſſe:aut dictos libros pro veris legere:tenere vel habere:poſtꝙ̃ de preſentibus
literis ſcientiam habuerint: excommunicationis ſententiam: ⁊ eterne male- Excõicatio.
dictionis penam eoipſo incurrant: a qua:ab alio ꝙ̃ a Romano pontifice ⁊
illius proprio ore expreſſa cauſa huiuſmodi propter quam cenſuras predictas
incurrerint(niſi in articulo mortis conſtituti)nequeant abſolutionis benefi-
cium obtinere:non obſtantibus quibuſcunqꝫ in contrarium faciẽtibus. Itẽ
pari damnationi ⁊ cenſure ſubiecit illos qui predicare:docere:aut alias ver-
bo vel ſcriptura affirmare preſumerent:hereticum fore credere eandem virgi-
nem glorioſam a peccati originalis macula preſeruatam non fuiſſe.B.fo.34.
Et ffo.117.conce.257.

¶ IDEM ſixtus conceſſit:vt omnes qui officium conceptionis beate Ma- 7
rie virginis copilatũ ⁊ ordinatum per fratrem Bernardinum de Buſto: p Officiuꝫ di
ſua deuotione dicere ⁊ recitare voluerint.libere ⁊ licite hoc poſſim ⁊ valeant. uinum.
B.fo.40.Et ffo.124.conce.272.

Alexander. 6.confirmauit bullam ſupradictam Sixti:in.§.6.in- 8
ſerẽdo illam de verbo ad verbũ:ac dãdo deſuper iudi-
ces:cum magnis clauſulis ⁊ non obſtantijs.B.fo.74.Et ffo.158.cõce.376.

Julius. 2.conceſſit plures indulgẽtias in fauorem conceptionis bea- 9
te virginis:prout habentur in dictione Indulgentie quo ad Indulgẽtie.
ſeculares.7.in.§.3.

10 **Leo.** 10.conceſſit: ꝙ tēpoꝛe interdicti quauis auctoꝛitate: rex quibuſuis
Particlaris ·cauſis pro tempoꝛe appoſiti: in quibuſuis hiſpanie eccleſijs ac lo-
p hiſpania. cis: a pꝛimis veſperis dicti feſti conceptionis vſqꝫ ad illius totalem octauam
incluſiue: miſſas ⁊ alia diuina officia: apertis ianuis ⁊ pulſatis cāpanis atqꝫ
alta voce (excōmunicatis dūtaxat ⁊ nominatim interdictis expulſis) celebrare
Interdictū. poſſint. Et ꝙ ſinguli Chꝛiſti fideles non excōmunicati: nec nominatim inter
dicti: ad miſſas ⁊ alia diuina officia audienda pꝛefato tēpoꝛe admitti libere ⁊
licite poſſint. B.ffo.24.conce.67.
11 ¶ IDEM Leo conceſſit multas ⁊ magnas indulgentias intuitu immacula-
te cōceptionis beate virginis Marie: tam fratribus ꝙ̄ ſecularibus: quas repe-
ries vna cum multis alijs indulgentijs infra in dictione Indulgentie plenarie
Indulgētia quo ad fratres pꝛimo.in.§.18.⁊.19. Et in dictione Indulgentie quo ad ſecu-
lares.7.in.§.4.⁊.5.

Concilium.

1 **Concilij** conſtantieñ. decretū circa obſeruantiam fratruꝫ
Obſeruātia mino. quo tēpoꝛe ⁊ quomodo emanauit: cōſul
te ſalubꝛiterꝙ̄ ſeparās fratres obſeruātes a ꝯuētualibus: habe-
tur ſub autentico. B.fo.25. Et ffo.109.conce.236.
2 **Martinus.** 5.appꝛobauit decretū ꝓdicti concilij con
ſtantieñſis: quo ad ſeparationē fratrū mi.
obſeruantie. B.fo.36. Et ffo.120.conce.260.
3 **Sacroſancta** generalis ſinodus Baſilienſis confirmauit decre
tum concilij Conſtantienſis ſuper obſeruantia fra
trum minoꝛum. B.fo.39. Et ffo.123.conce.270.
4 ¶ Pꝛedicta ſinodus ſeu concilium Baſilieñ. determinauit veritatem imma
Conceptio culate conceptionis beate virginis: vt habetur ſupꝛa in dictiōe Conceptio.§.
virginis. 1. Et ffo.40.conce.45.
5 **Nicolaus.** 5.fecit confirmationem copioſiſſimam concilij Baſilieñ
ſis: vt habetur latiſſime.b.ffo.44.conce.49.
6 **Leo.** 10.in concilio Lateraneñ: edidit quandam bullam magnam ſup
moderationem pꝛiuilegioꝛum per ſedē apoſtolicā fratribus mēdi
Collectoꝛ. cantibus ⁊ alijs religioſis conceſſoꝛum. Sed quia huiuſmodi modificatiōes:
ſeu reſtitutiones: aut reuocationes: ponuntur ſparſim in hoc compendio ſub
diuerſis dictionibus: iuxta diuerſitatem materiarum quas pꝛefate modifica-
tiones tangunt: ideo non ponūtur hic in ſimul. Attamen qui voluerit dictaꝫ
bullam ad longum videre: reperiet eam in ſuplemento.ffo.25.
7 ¶ IDEM Leo poſtea reualidauit ⁊ in pꝛiſtinum ſtatum reſtituit: omnia pꝛi-
Pꝛiuilegia. uilegia fratrum mino.obſer. quo ad foꝛum conſcientie tantū: ⁊ hoc ſolū oꝛa-
Collectoꝛ. culo viue vocis. Sed quia huiuſmodi oꝛaculum nō potuit haberi tēpoꝛe im
pꝛeſſionis ſuplementi pꝛiuilegioꝛum: ideo hic ad literam ponetur: pꝛout con-
tinetur in regiſtro oꝛdinis facto tempoꝛe reuerendiſſimi patris fratris Franci-
ſci Licheti miniſtri generalis: ex cuius perſona: ſic ibidem habetur. ¶ Anno
domini.1519.in vigilia viſitationis beate Marie virginis: dum eſſem in pꝛe-
ſentia ⁊ cōſpectu ſanctiſſimi domini noſtri: Domini Leonis pape decimi: ipſe
pontifex liberaliter cōfirmauit oīa ꝓuilegia oꝛdinis in foꝛo conſcientie tantū:

tur in dictione Conceptio. ¶ Ultimo vero continentur quedā cōceſſiones cir
ca facultatem declarandi dubia: ⁊ ordinandi que expedierint circa hmōi of-
ficium diuinum: ſicut patet in. §. 19. ⁊. 21.

Innocentius. 4. cōceſſit fratribus mi. vt quando 1
ratione itineris vel alterius rei cau- Pro itinerā
ſa: extra cōuentus: ſeu loca ſua: quemlibet vel quoſlibet eorū tib⁹ ff. bus.
contigerit degere: poſſunt diuinum officium fratres cū fratri
bus: aut ſimul cū alijs regularib⁹ pſonis: vel qlibet ſeparatim
facere: ſiue ſcd'm romano ordine placuerit. Et q̄ id ſufficiat ad p Diſpēſatio.
ſoluendum debitū ad qd ratione regule tenentur: nec iterum propriū offi-
cium dicere teneantur. B. fo. 55. ⁊ ffo. 138. conce. 305.

Sixtus. 4. conceſſit. Vt officium conceptionis beate virginis per fra- 2
trem Bernardinum de Buſto copilatum: ⁊ ordinatū: poſ De officio
ſit libere ⁊ licite dici ⁊ recitari a quibuſcunq̄ volentibus pro deuotione ſua cōceptiōis.
illud dicere. B. ffo. 124. conce. 272.

¶ IDEM Sixtus conceſſit. q̄ fratres minores poſſint dicere commemora- 3
tiones omnium ſanctorum ſui ordinis ſub vna antiphona. o. fo. 63. ⁊ ffo. 67 De ſanctis
conceſſione. 116. ordinis.

¶ IDEM Sixtus conceſſit. q̄ quando quis ſolus dicit matutinum in qua 4
dragesima: non teneatur dicere letanias duplices: prout in choro dicuntur De ferijs.
quando fit de feria. o. fo. 64. ⁊ ffo. 68. conceſſione. 132. ⁊ fffo. 96. conceſſio-
ne. 328.

5 De ſuppletione defectuū. ¶IDEM Sixtus conceſſit omnibus fratribus mi. non valentibus perſoluere diuinum officium bene ac diligenter in choro: prout tenentur: φ ſi per defectum viſus vel auditus aliquid pretermiſerint: nō teneātur illud omiſſum iterum perſoluere: ſed dicant vnum. pſ. in fine horaꝝ: ⁊ ſufficiat eis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 98. Et fffo. 100. conce. 382.

6 ¶IDEM Sixtus conceſſit nōnulla alia circa celebrationē feſtiuitatū ⁊ octauarum: que poſita ſunt ſupra in dictione Feſtiuitas. §. 9. ⁊. 10. ⁊. 11. Et in dictionē Octaue feſtiuitatum.

7 De ſuppletione defectuū. **Innocentius.** 8. conceſſit φ quādo fratres mi: dimittūt aliquid de diuino officio: nō ex dolo: poſſint ſupplere dicēdo aliquē. pſ. vel orationem dominicam: Vel Aue maria. o. ffo. 69. cōceſſio. 149. Et fffo. 99. conce. 362.

8 De ſuppletione defectuū. ¶IDEM Innocētius conceſſit φ fratres profeſſi neſcientes per ſe plene perſoluere officium diuinū: non teneātur ad id ſub pena peccati mortalis donec ſciuerint illud: dūmodo faciant qđ in ſe eſt: ⁊ dicāt ſicut ſciunt: ⁊ vltra dicāt horas fratrū laycoꝝ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 156. Et fffo. 100. conce. 373.

9 De celebratiōe quorūdam feſtoꝝ. **Alexander.** 6. cōceſſit omnibus ⁊ ſingulis fratribꝰ mi. de obſer. vt in feſto preſentationis virginis glorioſe: ⁊ ſancti Gabrielis archangeli: ⁊ ſancte Katherine virginis: propria officia dictarū feſtiuitatum: libere ⁊ licite recitare poſſint ⁊ valeant. Nec nō feſtum pdicte virginis ⁊ martyris Katherine: ſub minori duplici celebrare poſſint. Et φ p itroitu miſſe eiuſdē dicat officiū Gaudeamꝰ oēs ⁊c. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

10 Indulgētie. ¶IDEM Alexander cōceſſit omnibus dicentibus in officio beate virginis in hymnis Quē terra pōthus ⁊c. ⁊ O glorioſa dn̄a: verſuꝫ Maria mater gratie. decē annos indulgētiaꝝ p qualibet vice. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 170.

11 De proprijs hiſtorijs. ¶IDEM Alexander conceſſit fratribus mi. Vt in ſolemnitatibus ſanctorū poſſint dicere proprias eorum hiſtorias: etiam ſi in breuiario non ſint. o. ffo. 261 conce. 679.

12 De ſanctis ordinis. ¶IDEM Alexander conceſſit fratribus mi. vt feſtum omniū ſanctorū dicti ordinis ſub vna celebritate dicere: ⁊ recitare libere: ⁊ licite poſſint ⁊ valeant. o. ffo. 261. conce. 679.

13 ¶IDEM Alexāder conceſſit nonnulla alia circa celebrationē feſtiuitatū ſanctorum: que poſita ſunt ſupra in dictione Feſtiuitas.

14 De ſuppletione defectuū. ¶IDEM Alexander cōceſſit φ quādo aliquid dimittitur de diuino officio non ex dolo: poſſit ſuppleri cum aliquo. pſ. vel dicēdo orationem dominicā vel aue maria. o. fffo. 99. conce. 362.

15 De ferijs. **Julius.** 2 ſtatuit: vt quoties in aduentu ⁊ quadrageſima occurrūt reſponſoria aliqua: vel laudes proprie: fiat de feria: niſi tunc feſtum duplex vel ſolemne occurrat. ¶Hoc non habetur in libris monumentoꝝ ordinis: nec in ſupplemento: ſed fuit impreſſum in Kalēdario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum: tēpore prefati Julij.

16 Pro ſcrupuloſis fribus. **Leo.** 10. conceſſit φ fratres mi. dicendo horas canonicas: ⁊ alia officia diuina in choro: vel extra: ſatiſfaciant precepto capituli dolētes: de celebratione miſſarum: de dicendo ſtudioſe pariter ⁊ deuote: ac etiam regule ſue: etiam ſi propter aliquam fatigationem: vel aliam cauſam dicant ſedendo aut deambulādo: vel nō integre verba proferendo prout ſcripta ſunt: propter

negligentiã:aut imperitiam:vel malam prolationem naturalem: propter de-
fectum lingue:ſeu alias qualitercũqȝ ore imperfecte dicant: aut cum mentis
diſtractione:⁊ ſenſuum vagatione:dum tamen non ex malicia hec faciant.
¶ Et ſimiliter conceſſit:ꝙ qui cum talibus male proferentibus:vel alios ſu-
pradictos defectus facientibus dicunt officium: non teneantur reiterare ab
alijs imperfecte dicta:aut ab eis non integre audita: propter diſtantiam loca-
lem:vel ſtrepitum:ſeu aliam cauſam: ſed ſatiſfaciant precepto eccleſie ⁊ regu-
le ſue:qualitercunqȝ audiendo que alij debent dicere:preſertim in choro. O.
ffo.59.conce.169.

¶ IDEM leo conceſſit:vt ne fratres predicti mutuo ſe impediant in officio 17
diuino:aut alijs ſint faſtidioſi:ꝙ illa que i ordinario iubetur dici ſecrete ſub Pro ſcrupu-
ſilentio:tam in horis canonicis: q̃ etiam in miſſa:non teneãtur proferre vocali loſis fratri-
ter:ſed ſatiſfaciant dicendo mẽtaliter aut legẽdo inter ſe per librum:q2 aliqui bus.
deuotius ſic dicunt:⁊ abſqȝ impedimento:⁊ faſtidio aliorum. Et ꝙ eodeȝ mo
do poſſit facere qui ſolus dicit officiũ per ſeipſum, platio verbalis ſit precipue
vt ab alijs intelligatur. O.ffo.59.conce.170.

¶ IDEM leo q2 fuit informatus ꝙ aliqui fratres ſcrupuloſi quãdo ſunt in 18
infirmitate:fere nunq̃ poſſunt:nec ſciũt diſcernere: ⁊ ſe determinare quando Pro ſcrupu
licite poſſunt dimittere dicere horas canonicas:cõceſſit ꝙ ſiue ppter febrẽ aut loſis fribus.
dolorem intenſum vel aliam infirmitatem fratres fuerint grauati:⁊ afflicti:ſa
tiſfaciant dicẽdo pro horis canonicis.ps.hymnos:Pater noſter:Aue maria:
vel alia iudicio prelati:aut preſidentis loci:ſeu conuentus aſſignanda. Et hoc
quando medicus corporalis(ſi cõmode potuerit haberi)dixerit eſſe nociuum
infirmo.O.ffo.59.conce.171.

¶ IDEM leo cõceſſit ꝙ capitulum generale dumtaxat:habeat facultateȝ de- 19
clarãdi dubia que occurrerint circa officiuȝ diuinum:⁊ ordinandi:addendi:⁊ Ordinare.
mutandi quicquid videbitur pro fratribus expedire:tam in regulis q̃ in Ka
lendario.O.ffo.59.conce.176. Uide circa hoc infra.§.21.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ quando fratres predicti habent aliquas occupatio 20
nes:poſſint ſine cõſcientie ſcrupulo anteponere:ſiue poſtponere officiuȝ diui- De anticipa
num:vtputa dicendo matutinũ ante mediam noctẽ quacũqȝ hora voluerint: tione: ⁊ poſt
⁊ alias horas de mane vſqȝ ad veſperas excluſiue:etiam ſi occupatio non ſit poſitione ho
multum neceſſaria:ſed ſatis eſt ꝙ cogitent tunc deuotius:ac quietius dicere. rarum.
O.ffo.60.conce.182. 21

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ miniſtri fratrum mino.in ſuis capitulis prouin- Ordinare.
cialibus reſpectiue:poſſint de conſilio diffinitoruȝ nominare duos vel tres fra
tres:qui ſic nominati poſſint ordinare vnum Kalẽdarium ſanctorũ: feriarũ:
⁊ dñicarum pro toto anno cum regulis neceſſarijs: Ita ꝙ ſemper in quacũqȝ
prouincia:tam fratres q̃ moniales illarum puinciarum reſpectiue:idem offi-
cium:⁊ de eodem ſancto vel feſtiuitate:aut feria faciant:ne varietati:⁊ diſcor-
die locus detur:dum tamen non multum diſcrepent a Kalendario romano.
O.ffo.61.conce.190.

¶ Aduerte ꝙ licet iſta conceſſio facta ſit vltimo poſt conceſſionem ſuprapo- Collector.
ſitam.§.19 tamen illa debet obſeruari:⁊ non iſta. Ratio huius eſt: quia vt
habetur ſupra in dictione Generalis miniſter.§.23.⁊ latius infra in dictio-
ne Oracula .§.3. conceſſit idem Leo vt generalis in ſuo capitulo generali

poſſit declarare vtrum ab vſu alicuius conceſſionis viue vocis oraculo facte debeat abſtinere poſtq̃ declarationem nequeāt fratres vti huiuſmodi conceſſione: ac ſi per papam fuiſſet ſuſpenſa: vel reuocata. Et cum virtute p̄ſentis cōceſſionis: ⁊ iſtius auctoritatis: in capitulo generali Burgeñ. fuerit ordinatum kalendarium: ⁊ nonnulle regule circa diuinum officium: ⁊ preceptū per obedientiam vt nulli prouincie: ſeu conuentui liceat pro quacunq; conceſſione aliter officium diuinum immutare: ſiue quouis alio modo alterare: nec alia feſta cōmuni kalendario ſuperaddere: ideo nulla prouincia poterit vt de cetero iſta conceſſione.

22 ¶ IDEM Leo conceſſit: vt fratres mino. in vltramontanis partibus: ſcilicet Galliarum: ⁊ Hiſpaniarum ⁊c. ac moniales: ⁊ ſorores eorum cure cōmiſſe: poſſint celebrare feſta angelis cuſtodis: angeli Raphaelis in diebus in quibus per ſua capitula prouincialia reſpectiue ordinatum fuerit. O. fffo. 61. conce. 192.

Collector. ¶ Aduerte circa hanc conceſſionem que ſupra poſita ſunt in fine precedētis: q2 idem iudiciū eſt de vtraq;.

23 Interdictū. ¶ IDEM Leo conceſſit multa circa officium diuinum pro tēpore interdicti: que poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum.

24 De anticipatione feria⁊. ¶ IDEM Leo conceſſit q fratres p̄dicatores: ⁊ confeſſores ordinis mino. de obſeruantia quando actu predicant ⁊ confeſſiones audiunt: puta in aduentu: ⁊ quadrageſima: poſſint officiū feriale anticipare: ⁊ feſta illis diebus reſeruare quibus amplius laborare neceſſe eſt: Ita tamen q non fiat in fraudē diuini officij: ſed vt liberius valeant ſtudio vacare: ⁊ ſpirituali cōſolationi fidelium populorū incumbere. o. fffo. 91. conce. 265.

25 De ferijs. Diſpēſatio. ¶ IDEM Leo declarauit q fratres p̄dicti dicēdo officiū extra chorū p̄pter occupationes occurrentes: non teneantur duplicare letanias que ex ordinario in quadrageſima ſolent poſt matutinū dici. Nec etiam teneantur ad obſeruātiam horarum ſtatutarū quibus ſolet officium in choro dici a fratribus: p̄ſertim qñ ſunt ipſi fratres in itinere conſtituti: vel alias infirmitate: ſiue occupatione cōmuni prepediti. o. fffo. 91. conce. 266.

26 Pro ſuppletione defectuum. ¶ IDEM leo conceſſit q quicunq; dixerit poſt qualibet horam diei infraſcriptā orationē: ⁊ in fine illius vnū Pater noſter: ⁊ Aue maria pro felici ſtatu ſue ſanctitatis: ⁊ eccleſie ſancte dei: conſequatur plenariā remiſſionē omniū defectuum in illa hora (humana fragilitate) cōmiſſorum.

¶ Sequitur oratio Sacroſancte: ⁊ indiuidue trinitati: crucifixi Ieſu chriſti domini noſtri humanitati: ⁊ beatiſſime: ac glorioſiſſime virginis Marie fecunditati: ſiue integritati: ⁊ omnium ſanctorum vniuerſitati: ſit ſempiterna laus: honor: virtus ⁊ gloria ab omni creatura: nobiſq; remiſſio peccatorū: per infinita ſecula ſeculorum Amen. Et beata viſcera Marie virginis que portauerunt eterni patris filium: ⁊ beata vbera que lactauerunt Chriſtum dominum. Et poſt vnum Pater noſter. ⁊ Aue maria. pro intentione ſupradicta o. ffo. 901. conce 268.

27 Pro ſupple- ¶ IDEM leo declarando: ⁊ ampliando predictā gratiam conceſſit q non ſolum ſufficiat dicere ſupraſcriptā orationē: ſcilicet Sacroſancte ⁊c. pro ſupplemento vnius hore quādo dicitur per ſe ſola: ſed etiam omniū horarū que

dicuntur ſemel: ſeu vno contextu: licet aliquis paruus interuallus inter vnaꝫ ctione defe-
⁊ aliam fiat. o. ffo. 94. conce. 294. ctuum.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ religioſi ordinis minorum qui officiũ diuinũ ſol- 28
uerint per librum conſequantur remiſſionem dimidie partis peccatorum cõ Indulgẽtie
miſſorum illa die qua predictum ſoluunt officium. o. ffo. 94. conce. 298.

¶ IDEM eo fecit duas conceſſiones: ſeu diſpenſationes circa officium di- 29
uinum pertinentes ad moniales ſancte Clare: prout habentur ſupra in dictio Pro monia
ne Moniales. §. 24. ⁊ 25. Uide ibi. li. s. Clare.

Aduertendum eſt vltimo circa huiuſmodi materiã officij diui Collector.
ni ꝙ virtute cuiuſdam conceſſionis Leonis de
cimi ſuprapoſite. §. 19. fuit in capitulo generali Burgenſi totius ordinis fra
trum minorum regularis obſeruantie ordinatum quoddam kalendarium:
⁊ nonnulle regule circa predictum officium facte. Que omnia quia prefata au
ctoritate apoſtolica facta ſunt: viſum eſt hic illa inſerere ad perpetuam memo
riam. Sic enim ⁊ de alijs ſimilibus in alijs capitulis generalibus ordinatis fa
ctum eſſe apparet in libris monumentorũ ordinis predicti. ffo. 257. tractatu. 2.
Et inſup ſic debere fieri viſum eſt: quia poſtq̃ in prefato capitulo predicta or
dinatio kalendarij: ⁊ regularum facta: ⁊ impreſſioni data eſt: fuerunt in codeꝫ
capitulo nonnulla facta: ⁊ immutata: ⁊ addita que ad paucorum manus deue
nerunt. Quapropter iuxta vltimatam ordinationem in dicto capitulo factã:
prout ego qui hec collegi vidi ſub litteris autenticis: hic apponere curaui: alio
tamen ordine breuiori: ac diſtinctiori: ſicut infra patebit.

¶ Sequitur prefatio ordinationis kalendarij: ⁊ regularum
diuini officij.

Hec eſt ordinatio: ⁊ emendatio in kalendario diuini officij fa Capitulum
cta p vniformitate ſeruanda: ordinata in capitulo gene generale.
raliſſimo in prouincia: ⁊ conuentu Burgenſi in Hiſpanijs ce
lebrato anno ſalutis. 1523. in feſto penthecoſtes. In quo reuerẽ
diſſimus pater frater Franciſcus Angelorum vice reuerendiſ
ſimi patris miniſtri generalis preſidens: rite ⁊ canonice in gene
raleꝫ totius noſtri ſacri ordinis minorũ miniſtrũ eſt electus: ⁊ aſſumpt9. Que
quidem kalẽdarij ordinatio ab vniuerſo capitulo acceptata fuit. Et ſic de mã
dato ⁊ auctoritate ipſius reuerendiſſimi patris prenominati: caſſantur: ⁊ irri
tantur omnes: ⁊ quecunqꝫ alie diuini officij ordinationes ab hoc predicto ca
pitulo in antea facte. Ita vt de cetero nulli prouincie: ſiue conuentui liceat pro
quacunqꝫ conceſſione ſibi particulariter facta: aliter diuinum officiuꝫ immu
tare: ſiue quouis alio modo alterare: nec feſta alia cõmuni kalendario ſuper
addere: niſi fuerint a generaliſſimo capitulo tradita: ⁊ de ipſius generaliſſimi
capituli mandato recepta: ſub pena tranſgreſſionis: ⁊ inobedientie. Sub qua
mandatur omnibus ⁊ ſingulis prouinciarum miniſtris: vt ſub hoc exempla
ri corrigere faciant omnia kalendaria in ſuis prouincijs: ⁊ prouinciarum con
uentibus.

¶ In primis ordinatur ꝙ de cetero fiat (more Romane curie) de feſtis etiã ſim r
plicibus die quo cadunt: reſumendo ſemper relicta feſta diebus vacuis: in q De feſtis ſim
bus videlicet nullum feſtum cadit. plic.bus.

2 De feſtis cõmemorationis. ¶ Item ſtatuitur (ad vniformitatem in choro ſeruandam in ſingulis prouincijs) ꝙ quando propter aliquod feſtum dedicationis proprie eccleſie: ſiue aliquod aliud feſtum locale: opus eſt diuertere a celebratione feſti tunc in kalendario occurrentis: fiat de illo ſancto cõmemoratio tantum illa die: et vltra pro illo anno non reſumendo. Et hoc modo ſeruato: continue fiet in cũctis prouincie locis de vno et eodem ſancto: et vniformitas vbiqꝫ ſeruabitur.

3 De ferijs extraordinarii. ¶ Item ſtatutum eſt: vt preter ferias in breuiario regulares: vt puta in die Cinerum: et in menſe ſeptembris: fiat de feria in quattuor temporibus aduentus. Et quotieſcũqꝫ fuerint laudes proprie aſſignate. Et in quadrageſima ad ponendum capitula propria. Feria ſexta poſt primam dominicam quadrageſime: que habet reſponſorium proprium: ſiue feria tertia poſt quartam dominicam: ſeu ſi magis placuerit: ſabbato poſt ſecundam dominicam quadrageſime: in quibus omnibus eſt reſponſorium proprium. Ac etiam in tota maiori hebdomada. Et hoc intelligitur niſi feſtum impediens: vt duplex: vel aliud occurrat.

4 De feſtis tranſlationum. ¶ Item ordinatur: quod de cetero nulla tranſlatio celebretur in toto ordine: preter beatiſſimi patris noſtri Franciſci: et ſancti Antonij noſtri. Relinquuntur tamen prouincie: ſiue conuentus in quibus ſunt facte hẽ tranſlationes (vbi forte fieret turbatio: ſiue admiratio ſi eedem tranſlationes non celebrarẽtur) in eorum libertate. Et ſic de alijs feſtis: prout de ſancto Lazaro in prouincia ſancti Lodouici: vbi ab antiquo conſuetum eſt ſub ritu duplicis feſti celebrari.

5 De octauis. ¶ Item ſtatuitur ꝙ in dominicis que cadunt infra octauas ſanctorum ordinis: fiat officium dominice in miſſa tantum: cũ cõmemoratione ipſius octaue.

¶ Sequuntur regule particulares pro ſingulis menſibus anni.

Pro menſe ianuarij 6 ¶ Item ordinatum eſt: vt in octaua Epiphanie dicantur Antiphone: Baptizat miles &c. cum ps. Laudate dominum omnes gentes: in fine.

7 ¶ Item ꝙ quando feſtum Agnetis ſecundo venerit in dominica: cui ipſum feſtum cedit: fiat proxima die vacua.

Pro menſe martij. 8 ¶ Item ordinatur: ꝙ fiat de angelis cuſtodibus prima die Martij ſub ritu duplicis maioris.

Pro menſe maij. 9 ¶ Item decreuit capitulum generale vniuerſum: ꝙ octaua aſcenſionis ſub ritu duplicis minoris fiat. Et ꝙ infra octauam eiuſdem non fiat de feſtis occurrentibus: ſed officium virginis Marie in choro dicatur.

10 ¶ Item ꝙ de feſto ſancti yuonis confeſſoris fiat .19. die menſis Maij: quia revera tali die ab hac luce migrauit.

Pro menſe Julij. 11 ¶ Itẽ ſtatutũ eſt ꝙ feſtum ſancti Bonauenture celebretur dñica ſecũda Julij: iuxta ordinationem domini Sixti pape quarti. Et ꝙ in die octaue eius fiat officium dominice occurrentis: cum cõmemoratione tantum octaue.

12 ¶ Item ſtatuitur: ſeu declaratur: ꝙ in octaua apoſtolorum Petri et Pauli dicatur Antiphona: Petrus apoſtolus ad magnificat in vtriſqꝫ veſperis: abſqꝫ vlla contradictione.

13 ¶ Item ordinatum eſt ꝙ de feſto viſitationis beate virginis procurent omnes miniſtri et guardiani habere officium qđ ordinauit dominus Sixtus quartus: et illud de cetero ex decreto capituli ab vniuerſo ordine acceptetur. Interea tamen fiat vbiqꝫ vti conſueuerunt.

¶ Item ordinatur q in craſtino octaue viſitationis beate Marie: fiant ⁊ cele brentur dedicationes omnium eccleſiarum ordinis. 14

¶ Item q feſtum ſancti iacobi fiat duplex maius in Hiſpanijs. 15

¶ Item ordinatum eſt. Ut feſtum inuentionis ſancti Stephani fiat ſolēne generale. Pro mē. 16 augusti.

¶ Item ſtatuitur q in feſto ſacrorum ſtigmatum beati patris noſtri Franciſci fiat officiū propriū: quod cōmuniter in breuiarijs habetur. Pro mē. 17 Septēbris.

¶ Item ordinatū eſt ex decreto capituli vniuerſi vt infra octauaz beati patris noſtri Franciſci dicatur officium beate virginis marie in choro. Pro mē 18 ſe octobris.

¶ Item decretum eſt ab omni capitulo generali: vt feſtum ſanctorum ſeptez martyrum ſacri ordinis noſtri: fiat terciadecima die menſis Octobris ſub ritu duplicis maioris: Et q dicatur propria legenda que habetur in libro cōformitatum. 19

¶ Item decretum eſt vt in feſto vndecim millium virginum fiat officium virginum. Et ſic declaratur per capitulum: ad remouendam ambiguitatem illorum qui volunt facere officium plurimorum martyr virorum. 20

¶ Item capitulum generale declarauit: q infra octauam omniū ſanctorū debet dici officium beate marie virginis: more antiquo. Pro mē 21 ſe nouēbris.

¶ ITEM ordinatum eſt in vltima correctione per generalem ⁊ diffinitores capituli generalis: vt feſtum ſancte Barbare fiat ſimplex: licet antea eſſet duplex. 22 Pro menſe decembris

¶ Item ordinat ⁊ decreuit capitulum vniuerſum: q in toto ordine ad vniformitatem ſeruandam dicantur hee Antiphone ad Commemorationes ſanctiſſimi patris noſtri Franciſci: videlicet in matutinis Antiphona Sancte Franciſce ⁊c. in veſperis. Salue ſancte pater ⁊c. Et in completorio. Celorum candor. ⁊c. 23 De commemoratiōib⁹. s. Franciſci.

¶ Item ad cōmemorationes ſanctorū noſtri ordinis dicatur in veſperis. Antiphona. Frāciſci floret hortulus. ⁊c. Et in matutinis. Uos ſancti dei incliti ⁊c. cū verſu. Orate ſancti omnes: ⁊ oratione. Deus qui ſacram religionē ſeraphici Franciſci decorare dignatus es triumpho duodecim martyrum pro chriſto occiſorum: puriſſimiſq; pontificibus Lodouico ⁊ Bonauentura: ac feruētiſſimis Jeſu preconibus Antonio: atq; Bernardino cum virgine clara: preſta queſumus: eorum interceſſionibus preſentia vitare pericula: ⁊ ad gaudia peruenire ſempiterna. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen. 24 De commemoratiōib⁹. s. ordinis.

¶ Item eſt notandum q in tota ordinatione kalendarij nuper in predicto capitulo facta: fuerunt nonnulla alia immutata: ſcilicet vt feſta ſequentia: ideſt Agathe: Margarite: Undecim millium virginum: Cecilie: Lucie: ac feſtum apparitionis ſancti Michaelis menſis Maij: que omnia ex indultis apoſtolicis facta fuerunt duplicia: de cetero ſint ſemiduplicia. Collector 25

¶ Item q feſtum ſancti Iſidori epiſcopi ⁊ confeſſoris fiat ſimplex. 4. die Aprilis. Et q feſtum ſancti Egidij abbatis fiat prima die Septembris non transfertur. 26

¶ Item q vlterius non fiat de ſanctis ſequentibus ſcilicet Dorothea: Juliana Longino: Patricio: ⁊ Nicolao de Tolentino: quia non ſunt de kalēdario Romano.

¶ Reliqua omnia in kalendario contenta manent vt prius erant.

Oracula viue vocis.

1 LEo. 10. cōceſſit q̄ fratres mi. regularis obſer. ſecura cōſciētia poſſint vti oibus conceſſis a ſede apoſtolica: ꝛ Romanis pontificibus: ſiue per bullas: aut breuia: aut viue vocis oracula: prout in libris ordinis repeririītur: ac ſi omnia ſpecifi-
Nota. ce fuiſſent tunc expreſſa. Et pro maiori conſcientiarum ſecuritate: omnia de nouo conceſſit. O. ffo. 58. conce. 161

2 De valore oraculorum. ¶ IDEM leo conceſſit q̄ non ſint minoris efficacie: ꝛ valoris viue vocis oracula: quā ſi per bullam: aut breue ad perpetuam rei memoriam eſſent cōceſſa. Et hoc in foro conſciētie tantum. O. fo. 58. conce. 161.

3 De ſuſpēſione oraculoꝝ viue vocis. ¶ IDEM leo informatus q̄ ſunt nōnulla viue vocis oracula ꝯceſſa ordini fratrū minoꝝ: quoꝝ aliqua aliquibus tpibus fuerūt vtilia: ſed forte pſentib⁹ nō ſunt: nec futuris erūt. Ac preterea aliqua ſunt in aliquibus locis neceſſaria: ꝛ aliqua nō: conceſſit vt nō ſolū generalis in ſuo generali capitulo: ſed etiā q̄libet prouincialis in ſuo prouinciali capitulo de cōſenſu eiuſdē capituli: vel maioris partis: declarare poſſit: ꝛ valeat vtrū ab vſu alicuius cōceſſiōis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat: Poſtquā quidē declarationē tā fratres: quā moniales: ac ſi conceſſio hmōi per ſuā ſanctitatē ſuſpenſa vel reuocata fuiſſet: cōceſſione eadē inpoſterum nō vtantur. o ffo. 94. conce. 296.

Ordines ſacri.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. ¶ Circa ordines ſacros duo principalia cōtinentur in priuilegijs fratrū mi. ¶ Et primo ſunt aliqua que reſpiciunt perſonas fratrum qui debēt ad huiuſmodi ordines promoueri: ac etiam ad promouentes. Et hec habetur infra. §. 1 ꝛ 2. et. 5. ¶ Scdo ſunt aliqua que tangunt etiam perſonas ordinandorum: ſcilicet qualiter poſſint circa etatē diſpenſari: ac de ſufficiētia examinari. Et iſta ſpecialiter continentur. §. 3. ꝛ. 4.

1 CLemens. 4. cōceſſit licentiā: ꝛ liberā facultatē ad hoc vt fratres minores promoueri poſ-
Epiſcopi. ſint ad ordines ſacros p quoſcūq̄ catholicos epiſcopos: cōmunionē ꝛ gratiā ſedis apoſtolice habētes. Et hoc abſq̄ aliqua examinatione p huiuſmodi epos faciēda: ꝛ abſq̄ omni promiſſione vel obligatione ipſoꝝ ordinandoꝝ fratrum. B. fo. 56. Et fo. 140. conce. 312. Et ffo. 96. conce 321.

Collector ¶ Aduerte q̄ circa predicta fuit poſtea aliter ordinatū: prout patet infra. §. 5.

2 Epiſcopi SIxtus. 4. conceſſit q̄d quilibet catholicus epiſcopus poſſit celebrare ordines ſacros temporibus ad hoc ab eccleſia deputatis in locis fratrū minorum de obſeruantia: pro fratribus predictis dūtaxat. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 106. ¶ Vide circa predicta infra. §. 5.

3 Diſpēſatio. Innocentius. 8. fecit duas diſpenſationes circa tempus etatis p̄mouendorum ad ſacerdotium: que habentur ſupra in dictione Diſpenſatio. §. 14. et. 15.

4 Diſpēſatio. Julius. 2. fecit quandā diſpenſationē fratribus ordinis minimorum: ſimiliter circa tēpus promotionis ad ordinem ſacerdotij: que

poſita eſt in dictione Diſpenſatio.§.21.

Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit: q fratres ad ordines promoueri poſſint per ordinarios de grāmatica: & ſufficientia examinari: & q dummodo competenter reſpondeant: per eoſdem ordinarios debeant libere admitti. ¶ Ac etiā ſtatuit q nullatenus in eorum eccleſijs: aut domibus vel alijs predictorum fratrū locis: ab alio q̄ a dioceſano epiſcopo promoueri ad dictos ordines debeāt: niſi prius ipſo dioceſano epiſcopo vel eius vicario ſuper hoc (cum debita reuerentia) requiſito: & abſq rationabili cauſa contradicente vel eo a dioceſi abſente. B. ffo. 26. conce. 78. — 5 Examinatio ordinādoꝝ. Epiſcopi.

¶ Aduerte q in foro conſcientie non tenentur fratres mi. obſeruare hmōi ſtatutum: ſicut nec ad alia in predicto concilio contra eorum priuilegia ordinata vt habetur ſupra in dictione Concilium in.§.7. — Collector.

¶ IDEM Leo ſtatuit q quandocūq aliquis frater laicus ad clericatū aſcēderit extra obedientiam prelatorum ordinis: etiam ſi vſq ad ſacerdotiū ꝓmotus ſit: poſtq reuerſus ſit: omni honore clericali priuetur: prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Laici fratres.§.4. Et ibidem inferius ponunt multa circa predicta. — 6 De laicis fratribus promotis.

Ornamenta eccleſiaſtica.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Aduertendum: q priuilegia fratrum minorum: ſeu ſtatuta que loquuntur de ornamentis eccleſiaſticis ſunt bipartita. ¶ Aliqua enim ex ipſis tangūt paupertatem quam fratres minores circa huiuſmodi ornamenta debent habere. Et hec habentur infra.§.1. &.2. &.4. &.7. ¶ Alia autem concernunt vſum: & tactum eorūdem ornamentorum: Et iſta continētur in.§.3. &.5. &.6. &.8. ¶ Reliqua vero que pertinent ad benedictionem huiuſmodi ornamentorum: vide ſupra in dictione Benedicere in multis.§. — Collector.

Clemens. 5. in declaratiōe regule fratrū mino. q̄ incipit Exiui de paradiſo &c. voluit & mandauit fratrib⁹ ꝑdictis: ne habeāt niſi paramēta: & vaſa eccleſiaſtica decentia in numero: & in magnitudine ſufficiētia cōpetēter. Quia ſuperfluitas: aut nimia ꝓcioſitas: vel quecūq curioſitas in hijs ſeu alijs quibuſcūq: nō ꝑtoteſt ipſoꝝ ꝓfeſſioni: vel ſtatui conuenire. B fo.15 in tractatu.3. Et ffo.16. ſecundo tractatu. — 1 Paupertas.

Calixtus. 3. remiſit omnem exceſſum in paramētis factū vſq in illum diem: & ſuſpirās dixit q prouideret ne in futurū tales exceſſus fierent. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 89. — 2 Paupertas.

¶ IDEM calixtus cōceſſit q fratres laici poſſint tāgere calices: & lauare corporalia: & alia ornamēta eccleſiaſtica cū expedierit. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 91. — 3 Fratres laici

¶ Aduertēdū eſt circa ꝓfatā cōceſſionē: q quidā cōmiſſarius curie ignorās hmōi cōceſſionē vel oblitus illius impetrauit aliā cōceſſionē valde ſtrictā ſolum ꝓ illis laicis fratribus qui ſunt ſocij gñaliū: aut ꝓuincialiū miniſtrorum: prout ſupra poſitū eſt in dictiōe Laici fratres in.§.3. Sed illa cōceſſione nō obſtante poſſunt fratres hmōi vti ſupraſcripta cōceſſione: q2 nō reperit reuocata. — Collector.

Sixtus. 4. conceſſit: q fratres mino. poſſint tuta conſcientia tenere & recipere paramenta argētea: & aurea: & alia ad diuinum cul- — 4 Paupertas.

tum pertinentiã: ⁊ habere cápanas magnaſq; ⁊ diuerſaſ. Sed hoc qñ caplo ꝓuinciali viſum fuerit poſſe ſine ſcandalo fieri. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 103.

Collector. ¶ Cauendũ eſt ab hmõi cõceſſione: ſaltem ꝓ talibus rebus recipiẽdis in futurũ: qꝛ ꝓpter conſimilia relaxatã ⁊ deſtruet paupertas ꝓmiſſa in regula.

5 ℂ IDEM ſixtus conceſſit: vt poſſint ꝑdicti fratres ſecura conſcientia veſteſ ⁊ pannos ꝓphanos in paramenta: ⁊ alios vſus eccleſiaſticos conuertere. o. ffo. 69. conce. 144. Et ffo. 97. conce. 344.

6 ¶ IDEM ſixtus fecit quandam conceſſionem monialibus ſancte Clare: ac Moniales. tertiarijs vt poſſint tãgere ⁊ lauare ornaméta eccleſiaſtica: exceptis corporalibus: que poſita eſt ad longum in dictione Corporalia. §. 3.

7 Paupertas. **Leo.** 10. declarauit ⁊ decreuit ꝙ fratres minores ſunt tantum cuſtodes: ⁊ non poſſeſſores parametorum: ⁊ ornamẽtorum: ac vaſorũ que ad miniſterium ſacramenti altaris habent: ⁊ propterea illis abſq; ſue profeſſionis macula: aut violatione vti: ⁊ potiri libere: ⁊ licite poſſe: cũ deceat iuxta ſolẽnitatum celebritatem: decẽtioribus paramentis diuinam honorare mageſtatem. B. ffo. 15. conce. 54.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi conceſſio eſt relaxatiua: ⁊ diſſipatiua paupertatis: ſicut ſupraposita in. §. 4. quapropter nõ expedit vti illa: preſertim quia aduerſatur determinationi Clementis ſupraſcripte. §. 1.

8 ¶ IDEM leo fecit in hmõi materia quandã eximiã ꝯceſſionẽ omnib᷒ ꝓlatis fratrũ mi. obſer. q̃ poſita eſt ſupra in dictiõe Benedicere eccliaſtica. §. 12.

Pacta.

Collector. ℂ Circa pacta inita per fratres minores ⁊ alios quoſcũq;: ſunt nonnulla ſtatuta: ⁊ cõceſſa per ſummos pontificeſ: que poſita ſunt ſupra in dictione Conuentiones. Uide ibi.

Paramenta eccleſiaſtica.

¶ De attinẽtibus ad paramẽta eccliaſtica dictũ eſt ſuperi᷒ in dictiõe Ornamẽta: ⁊ latius in dictione Benedicere eccleſiaſtica in multis. §. Uide ibi.

Parentes fratrum.

1 Indulgẽtia plenaria. Collector. **Calixtus.** 3. cõceſſit indulgẽtiam plenariã ꝓ patrib᷒ matribuſq; fratrũ mi. pſentiũ: ⁊ futurorũ: ⁊ etiã defunctorũ in purgatorio exiſtẽtiũ. o. ffo. 65. ꝯce. 90. Et ffo. 101 cõce. 397. ℂ Circa prefatã ꝯceſſionẽ vide declarationẽ ſuperi᷒ poſitã in dictione Indulgẽtie quo ad ſeculares. 8. in. §. 1.

Parrochia.

1 Reuocatio. **Alexander.** 4. reuocauit decretũ Innocẽtij. 4. quo ꝓhibebat ne fres mi. aut alij ꝗcũq; religioſi reciperẽt ad diuina parrochianos alienos in dieb᷒ dñicis ⁊ feſtiuis in ſuis eccleſijs ⁊ oratorijs. B. ffo. 102. conce. 214.

2 Reuocatio. ℂ IDEM alexãder qꝛ nõnulli prelati eccliaſtici nõ curabant de ſupradicta reuocatione per eũ facta: dedit ſuper illã litteras executoriales. B. ffo. 102. conce. 115.

Sixtus. 4.declarauit: ꝙ parrochialiū eccleſiaꝝ p̄iudiciū quod debēt 3
fratres carmelite: ac fratres mi. ⁊ alij mendicantes ꝑ cōicatio Quid ſit pre
nem euitare celebrando ⁊ p̄dicando in domibus ſuis vel extra: etiā in plateis iudiciuꝫ ec-
cōmunibus: intelligendū eſt ſolum de decimis ⁊ primitijs: que a laicis ſolent cleſiaꝝ par-
clericis exhiberi. B.ſo.102.Et ffo.185.conce.465. rochialium.
¶Uide circa iſtam conceſſionem infra in dictione Predicatores.§.10.

Leo. 10.in cōcilio Lateranen ſi ſtatuit: ꝙ nulli religioſoꝝ parrochias cū 4
cruce ad leuāda corpora eoꝝ qui apud eccleſias domoꝝ ⁊ locoꝝ eo
rūdem religioſoꝝ ſuā legerūt ſepulturā: intrare poſſint: niſi prius p̄monito ⁊
requiſito: ac recuſante parrochiano p̄ſbytero. Et tunc ſine eius ac ordinarij p̄- Prohibitio.
iudicio: niſi eiſdem fratribus ſup hoc antiqua cōſuetudo que ſit in viridi ob- Sepultura.
ſeruantia: ⁊ cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur. B.ffo.26.conce.76.

Paupertas.

¶Diſtinctio materie paupertatis.

¶Quo ad materiā paupertatis ſunt multa ⁊ varia cōceſſa: ⁊ diſpoſita in pri- Collector.
uilegijs fratrū mi. que ſubſequēti ordine diſtingui poſſunt. ¶Primo nāqꝫ
inueniuntur aliqua in cōmendationē ac laudē hmoi paupertatis: necnō etiā
in deffenſionē illius. Et iſta ponunt hic infra.§.1.⁊.2.⁊.4.Et in dictione Bo
na.§.8.¶Secundo reperiuntur cōplura ſpectātia ad ea que prefati fratres ac-
quirere: ſeu recipere: ac poſſidere poſſunt. Hec auteꝫ ponuntur ſub varijs di-
ctionibus huius compendij. ſ in dictione Bona.§.2.⁊.3.⁊.4.⁊.6.ac.12. Et ī
dictione Commutare. Et in dictione Elemoſine in.§.1. vſqꝫ ad.4. ⁊ in.14.
cum ſtatutis generalibus ibidē additis. Et infra in dictione Poſſeſſiones.§.1.
Sed in ſpeciali quo ad illa que relinquunt fratribus p̄dictis in teſtamētis ha
betur ſupra in dictione Hereditas.§.2.⁊.4.⁊.5.ac.6.cum ibi notatis. Et in
dictione Legata. Et magis in particulari quedā pertinentia ad res cultui diui
no dedicatas: cōtinentur in dictiōe Edificare.§.3.Et in dictione Ornamenta
eccleſiaſtica.§.1.⁊.2.⁊.4.ac.7.¶Tertio in p̄dictis priuilegijs reperiuntur ali-
qua que reſpiciunt diſpoſitionē rerum quas hmōi fratres poſſident: p̄ſertim
quo ad res viles ⁊ parui valoris. Et de hoc dictum eſt ſupra in dictione Dare
ac in dictione Declarare.¶Quarto ſunt aliqua que ſpecialiter cōcernunt de-
narios vel pecuniam. Et quo ad iſtud ponitur in fine huius dictionis Pau-
pertas: quoddam dubium notabile cum ſua deciſione: prout ex declarationi-
bus apoſtolicis ⁊ ſanctorum expoſitorum elicitur.

Alexander. 4.declarauit: ꝙ mēdicitas fratrū mi. ⁊ 1
p̄dicatoꝝ eſt meritoria: ⁊ ꝙ poſſunt ele- Pro fribus
moſinas petere ac recipe a fidelib⁹: nō obſtante quacūqꝫ cōtra p̄dica. ⁊ mi.
dictione b.ſo.15.Et ffo 25.conce.15.

Nicolaus. 3 in declaratione regule fratrū mi. deter- 2
minauit: ꝙ paupꝑtas p̄dictoꝝ fratrū q̄ abdicat ꝓprietatē oīm re
rū tā in particulari q̄ꝫ etiā in cōi ꝓpter deuꝫ: eſt meritoria ⁊ ſancta: quā ⁊ xp̄s
viā ꝑfectionis oſtēdens: verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit. Et circa hoc dicit
ibidē multa alia notabilia. B.ſo.5.in.2.trac.Et ffo.7.arti.1.in.2.tractatu.

Martinus. 5.cōmiſit cuidā cardinali pleniſſime ſuā auctoritateꝫ vt 5
preſideret caplo generali fratrū mino. in ciuitate Aſiſij

celebrandū:vbi pręfatus cardinalis reualidauit declarationem Nicolai.3.quo ad articulū paupertatis:ſub forma ſequenti.¶ Item quo ad votū paupertatis i.viuendo ſine proprio:ꝫ ꝙ fratres nihil ſibi appropriēt:ſtatuimus ꝛ ordinamus illud incōcuſſe tenendū quod felicis recordationis Nicolaus.3.declarauit in ſua decretali:extra de verboꝝ ſignificatiōibus Exijt qui ſeminat: libro 6.a.§.porro:ſucceſſiue:ꝛ ſeriatim per ordinem vſqꝫ ad.§.Uerum qꝛ expreſſe cōtinetur in regula.ꝛc.Et ꝙ quilibet cōuentus habeat ſuū procuratorē ſm declarationē ꝛ priuilegiū dñi Nicolai.3.ꝛ Martini.4.ꝛ.S.dñi patris ꝛ domini domini Martini quinti.Hucuſqꝫ verba pręfati cardinalis in cōſtitutionibus Martinianis poſita.¶ Poſtea prędictus Martinus confirmauit eā per dictū Cardi.in pręfato caplo facta.¶ Cōmiſſio ſupradicta habet.ffo.84.ꝯc. 245.¶ Reualidatio aūt cōtinet i ꝯſtitutiōib⁹ ordis mi.q̄ appellant Martiniane in cap.1.fo.231.tra 3.¶ Cōfirmatio vero exiſtit.b.fo.38.Et ffo.36.ꝯce.41

4 ¶ IDEM Martinus fecit quandā conceſſionē cōtra ꝯſtitutionē que incipit Ad cōditorē per Joannē.22.editā:prout habetur infra in dictione Procuratores fratrum ſeu Syndici.§.7.Uide ibi.

Collector. ¶ Aduertēdum eſt ꝙ in caplo generali Meclineñ:vbi tertio electus eſt in generalem Reuerendus pater clare memorie frater Oliuerius maillardi facte ſūt circa paupertatem nonnulle declarationes:prout ſequuntur.

Declaratio capli ĝnalis. ¶ Caplm generale declarauit:ꝙ papa Joānes.22.reuocauit ante mortē ſuā quidquid dixerat:ſeu fecerat cōtrariū eccleſie ꝛ determinationi romanorum pontificum.Quare conſtitutiones quas fecerat contra noſtras declarationes ſcilꝫ Nicolai.3.ꝛ Clemētis 5.nullius ſunt roboris vel momēti.Habetur hoc fo.227.in tractatu.3.Et ffo.246.tractatu.2.

Altera declaratio. ¶ Caplm ĝnale declarauit ꝙ duplex eſt ius vtēdi.ſ.ius vtēdi.i.licite vti.Et ſic vtimur obſeruātini fratres.Et ſilr ius vtēdi.i.dñiū rei habere:vel auctoritatē exigēdi imediate habere.Et iſto modo nō habem⁹ alicui⁹ rei ius vtendi: nec habere poſſumus.Habet.fo.228.in tractatu.3.Et ffo.247.in tractatu.2.

Alia declaratio. hic. ¶ Itē fuit declaratū in p̄dicto caplo ꝙ licitū eſt fratrib⁹ hoſpitari in domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuēti hac cōditione vt ibidē hoſpitētur fres ꝛ ſibi prouideat de vtenſilibus.Habet fo.227.in trac.3.Et ffo.246.trac.2.

Alia declaratio. ¶ Inſup eſt aduertēdū ꝙ in caplo ĝnali celebrato i cōuētu Brugenſi:vbi fuit elect⁹.14.vicari⁹ ĝnalis declaratū eſt ꝙ pena ꝓprietarij q̄ aliqñ ponit in cōſtitutiōib⁹:eſt pena priuatiōis actuū legitimoꝝ ꝛ canonice ſepulture.Et pro laicis ꝓuatio vocis actiue ꝛ paſſiue:ac viſitationū i iudicio hētur.fo.225.ꝛ ffo.224.

Collector. ¶ Ulterius circa hmōi materiā paupertatis incidētum tangit receptionē:aut delationem denarioꝝ:eſt notanda deciſio cuiuſdam dubij prout ſequitur.

Dubiū notabile circa burſarios. **Dubitatur** an vniuerſaliter ſit illicitū fratribus mi.regula obſer. burſariū per viam ducere.¶ Et videtur ꝙ non:qꝛ Nicolaus.3.ꝛ Clemens.5.in declarationibus regule dicunt ꝙ pro ſimilibus cauſis prout ſunt contente in regula.ſ.pro infirmis curandis ꝛ alijs fratribus induendis poſſunt fratres recurrere ad amicos ſpirituales: ſiue ſint dantes pecunias:Vel deputati per ipſos ſiue nūtij:aut depoſitarij: ſeu quouis alio nomine appellentur.Sed neceſſitas itineris videtur eſſe talis ſicut pręfate neceſſitates expreſſe in regula.ergo.ꝛc. ¶ In oppoſitum tamen videntur facere multa.¶ Primo:qꝛ de hoc in concilio Conſtantienſi a fratribus procuranti-

bus reformationē religionis aduerſus trangreſſores ſpecialis reclamatio factā
eſt: vt habetur. fo.165. in. 2. tractatu. ¶ Scḋo q₂ auctor tractatus qui dicit̄ Se
rena conſcientia: qui fuit natione Italus allegans Aluarum hiſpanum libro.
2. de planctu eccleſie: dicit ꝙ nō poſſunt huiuſmodi burſarij duci: niſi fratres
irent per regiones vel partes inhumanas: ac ex vera obedientia: ⁊ pro licitis ne
gotijs religionis: ⁊ vbi eſſet valde veriſimile ⁊ expertum ꝙ nō poſſet inueniri
eleemoſina eſcibilis mendicādo. Addens ꝙ ſolum in neceſſitate ineuitabili: ⁊
valde probabili poſſunt duci: q₂ alias patres noſtri ordinis ſemper euitarunt.
¶ Tertio q₂ per Vbertinū in libro Vite chriſti abſolute hoc reprobatur ⁊ dāp-
natur. ¶ Quarto principaliter: quia ſanctus bernardinus in tractatu quē cō-
poſuit de caſibus in quibus frater minor poteſt dici: ſeu efficitur propriatari⁹
aſſignauit hunc caſum abſq₃ aliqua limitatione. ¶ Quinto quia ſanctus bo-
nauentura in expoſitione regule noſtre ait: ꝙ perfectio euangelica etiam in iti
nere eſt obſeruanda. Ita vt nullum depoſitum pecunie habeatur ab his qui ꝑ
fectionis regulam imitantur: licet tamen quando per inhoſpitales regiōes fra
tres iter agerent: plura viatici cauſa liceat portare. Et hoc eſt quod ſupra lice-
re diximus in neceſſitate ineuitabili: que cum ſit extrema: omni lege caret: vt
eſt notum. Igitur. ⁊c.

¶ Pro reſponſione ad queſitū eſt notandū: ꝙ vt apparet per dictas declaratio- Rñſio ad
nes: duo copulatiue requiruntur ad hoc vt recurſus ad amicos ſpirituales. dubium.
⁊c. licite fieri valeat. Primum eſt cauſa iuſta ⁊ neceſſaria. Secundum eſt obſer
uatio modificationum ibidem poſitarum: Quorum altero deficiente dictus
recurſus: ſub peccati mortalis pena probibitus eſt. Et quia in itineratione per
terras chriſtianoꝝ cōmuniter: nec vix vnquā inuenietur cauſa: ſeu neceſſitas
ſufficiens (vt continua experientia euntibus a partibus remotiſſimis ad curiā
romanā: ⁊ ad capitula gñalia diu diſtātia oſtēdit) ideo talis delatio burſarioꝝ
eſt illicita. ¶ Nec obſtat dicere: ꝙ ducendo equos: ac iter faciendo curſim: ⁊
multi inſimul: expertū eſt ꝙ indigent dictis burſarijs. Quia qui ſic iter faciūt
ipſimet pro ſuo libito ſe ponunt in tali neceſſitate: que tamen vere: ſeu proprie
neceſſitas appellari nequit. Nā luce clarius eſt ꝙ poſſunt: ⁊ adhuc cū maiori
religioſitate: īcedere pauci iunctim: vtputa duo vel quattuor. Et ducere iumē
ta humilia exēplo ſaluatoris noſtri: ⁊ ſanctorū: preſertim ſeraphici pr̄is noſtri
Frāciſci: qui chriſti veſtigia ſectati ſunt. Ac etiā ſic ordinare iter ſuū vt nō ſit
opus curſorꝝ inſtar ambulare. Et inſuꝑ q₂ iuxta textū regule noſtre debent ire
oſtiatim ꝑ eleemoſina cōfidēter. Niſi forte (qḋ abſit) vellēt vt magni abbates
comedere laute. Qḋ quā alienū imo cōtrariū ſit nr̄e ꝓfeſſioni: ꝑſertim qñ per
pecuniā procuratur: nullus qui hmōi ſtatus aliqualē noticiā habeat: ignorat
Ac propterea prefati reprobatores burſarioꝝ nō immerito partē oppoſitā tenue
rūt. ¶ Preterea hoc idē ꝓꝫ: q₂ nō ſolū cauſa: ſiue neceſſitas vera debet interue
nire pro hmōi recurſu licite faciēdo (q̄ neceſſitas vt predictū eſt: vix continget
fratri. mi. iter faciētibus: ſicut boni fratres iter facere debent: ac vt ſue regule
obſeruatores incedētes:) ſed etiā multe modificationes requirūtur: prout plu-
cide in tractatu qui dicitur Speculū fratrū minoꝝ in articulo pecunie conti-
nētur q̄ in hoc caſu nullatenus bene obſeruari poſſunt. Quas modificatiōes
cū legeris: liquido videbis reprobationē burſarioꝝ eſſe verā: atq₃ iuſtiſſimā.
¶ Preterea quero: quonam modo poterunt tales oſtendere cunctis in dictis

pecunijs nihil habere (ſicut dicit Clemens ꝙ oſtendere debent) taliter vt ſiniſter oculus non poſſet preſumi contra ipſos. ¶ Itẽ quõ euitabũt nõ ſolũ malũ ſed etiã ſpeciẽ mali: prout euitare aſtricti ſunt a lege diuina. ¶ Itẽ qualiter habebũt teſtimoniũ ab his qui foris ſunt: immo quõ euitabũt ſcandalũ proximoꝝ qḋ ex hoc ꝗ̃ pluribus datur: cũ dicat apoſtolus. Si frater meus ſcãdalizatur carnes nõ mãducabo in eternũ. ¶ Et inſup quoniam pacto ſatiſfaciẽt puritati voti paupertatis obſeruãdo ꝙ nõ precipiãt quõ aut qualiter pecunia expẽdatur: nec de expenſa cõpotũ exigãt: et abſtinebũt a qualibet ꝯtractatiõe: vſu et adminiſtratione et diſpenſatione pecunie: ꝑut hec etiã dicti pontifices cauẽda omnino eſſe dicunt: et precipiunt. ¶ Itaq; pro firmiſſimo et indubitabili tenendum eſt: ꝙ extra caſum extreme neceſſitatis (que nulla lege aſtringitur) nullatenus burſarij duci licite poſſunt: ſicut prefati doctores tenent. ¶ Nec obſtat primo adductum ex declaratione Clementis: quia ex verbis: et ex ſenſu verboꝝ hmõi declaratiõis apparet iſtã fuiſſe intẽtionẽ eius: per ea que imediate allegata ſũt. Et preſertim cum non ſolum precipiat vt ſit neceſſitas que aliter prouideri nequeat: ſed etiam ꝙ ſeruentur predicte modificationes. ¶ Non obſtat etiam dicere ꝙ forſan non ita integre in aliquibus conuentibus obſeruantur modificationes: que cum burſarijs dictum eſt debere obſeruari: quia vnum peccatum non excuſat aliud: nec culpa illius maior: alleuiat meam minorem: nec minus ardebunt: immo amplius: qui cũ multis ꝗ̃ ſi ſoli in igne infernali eſſent. A quo nos liberare dignetur qui cum diues eſſet: pro nobis egenus fieri dignatꝰ eſt: noſq; vt ſibi aſſimilaret: in camino paupertatis elegit.

Collector ¶ Reliqua ꝑtinentia ad paupertatis materiã reſpectu fratrũ minoꝝ habentur latiſſime in declarationibus apoſtolicis regule predictoꝝ fratrũ: quas fecerũt Nicolaus 3. et Clemẽs. 5. Sed clarius cõtinẽtur in quodda tractatu intitulato Speculũ fratrũ minoꝝ per reuerendũ patrem fratrẽ ioannem de argomanes: quondam prouincialem prouincie ſancti iacobi luculenter editum. Et preſertim in hijs que attinent ad pecuniam: habetur ibidem per optime prope finem eiuſdem tractatus. Videat ergo ibi qui voluerit eſſe bonus pauper euangelicus: et paupertatis in regula fratrum minorum contente obſeruator.

Portio canonica.

Collector ¶ Qualiter fratres minoꝝ necnon et alij mendicantes: non tenentur ſoluere prelatis eccleſiarum aliquam portionem canonicam: poſitum eſt ſupra in dictione Canonica portio. vide ibi.

Poſſeſſiones fratrum.

Collector ¶ Circa bona que poſſident fratres mendicantes: et moniales eorum cure cõmiſſe: dictum eſt in dictione Bona Sed vltra illud additur hic aliquid quo ad fratres minores.

1 NIcolaus. 3. in declaratiõe regule fratrũ mi. ſtatuit et declarauit: ꝙ omnium rerum quibus vtũtur ꝑdicti fratres ius et dñiũ pertineat ad ſummũ põtificẽ: et ecclẽa romanã: vtpote v. calicũ: et libroꝝ: ac eoꝝ inobiliũ quoꝝ vſum facti licet hmõi fratribꝰ habere: dũ tamẽ qui ꝑdictas res dedit non reſeruauerit ſibi dominium. B. fo. 6 in tractatu. 2. Et. ffo. 8 in tractatu. 2.

Innocentius. 8. fecit quandã diſpenſationẽ fratribus predicatoribus obſer. congregationis hiſpanie circa poſſeſſiones vt habetur ſupra in dictione Diſpenſatio. § 17. 2

Julius. 2. fecit quandam conceſſionem magnam fratribus Auguſtinẽſibus: circa eorum bona ⁊ poſſeſſiones: que poſita eſt ſupra: in dictione Bona. § 10. 3

Leo. 10. precepit omnibus chriſtifidelibus: vt nemo bona ordinis fratrũ Auguſtinenſium audeat occupare vel vexare: quod tam de pſonis predictis q̃ de locis: conuentibus: poſſeſſionibus: ⁊ alijs quibuſcunq; rebus ad loca perſonaſue pertinentia intelligi voluit: ſiue pecunia: ſiue mobilia illa ſint. Et voluit q̄ ſi vexantes: vel occupãtes (poſtq̃ a predictis fratribus fuerit moniti) non integre infra tridui ſpacium omnia reſtituerint: aut vexare omnino deſtiterint: excõica tionis ſententiam incurrant: a qua abſolui: niſi a ſede apoſtolica: ⁊ in mortis articulo non poſſint. b. ffo. 122. conce. 558. 4 Excõicatio.

Predicatores verbi diuini.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Notandũ eſt q̄ oĩa que in priuilegijs fratrũ continentur reſpectu predicationum ⁊ predicatorũ: ſunt in triplici differentia. ¶ Quedam enim reſpiciunt facultatem quam fratres predicaturi habere debent. Et hec continentur infra in § .1. ⁊. 4. et. 5. et. 8. ⁊. 10. ¶ Alia cõcernunt prohibitionem prelatorum eccleſiaſticorũ ⁊ nõnullorũ etiam fratrũ. Et iſta habẽtur in. § .3. ⁊. 9. Collector

¶ Aliqua vero ſunt in cõmendationem: ⁊ fauorẽ dictorum fratrum actu predicantiũ. Iſta autẽ ſunt duplicia. Nã aliqua reſpiciunt proprie ſuas pſonas. Et hec habentur infra. § .2. ⁊. 11. ⁊. 12. Alia autem reſpiciũt auditores ſermonũ. Et quo ad iſta ponitur quedam remiſſio in fine huius capituli.

Innocentius. 3. dedit beato Franciſco ⁊ socijs eius licentiam predicandi ad verbi dei ſemen in omnem terram ſpargendum. b. fo. 1. Et. ffo. 3. 1 Licẽtia pdicandi.

Gregorius. 9. precepit oĩbus eccleſiarũ prelatis: vt fratres ordi. mi. ad officium predicandi (ad quod dicit q̄ ſunt ex profeſſione ſui ordinis deputati) benigne recipi: ⁊ vt admoneãt populos eis cõmiſſos quatenus ex ore predictorũ fratrũ verbi dei ſemen deuote ſuſcipiãt: ac etiam q̄ in neceſſitatibus huiuſmodi fratrum liberales exiſtant. B. fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 233. 2 Nota.

¶ Idem Gregorius. 9. precepit eccleſiarũ platis quatenus ſi qui aſſerentes ſe eſſe de ordine fratrũ mi. predicauerint in iuriſdictionibus huiuſmodi prelatorum faciendo queſtum pecuniarium: ex quo infamia ſequeretur religioni ipſorum fratrum qui paupertatem profeſſi ſunt: capiant tales predicantes: et tanq̃ falſarios condemnent. B fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 234. 3 Prohibitio

Alexander. 4. conceſſit q̄ fratres ordinis pdicatorũ ⁊ mi. poſſint pdicare populis de licentia romani pontificis: aut legatorũ eius vel dioceſani: ſeu ordinarij: abſq; aliorũ inferiorũ prelatorũ ⁊ rectorũ eccleſiarũ: ſ. ſacerdotũ parrochialium aſſenſu. b. fo. 25. et. ffo. 26. conce. 15. 4 Licẽtia pdi.

Clemens. 4. referẽdo ac cõfirmãdo pdictas literas Alexandri. 4. declarauit q̄d ſi predictis fratribus: concedatur licentia 5 Licẽtia pdi.

predicandi a legatis sedis apoſtolice: aut ab ordinariis locorum: poſſint libere huiuſmodi fratres predicare populis ſubiectis legatis et ordinariis: ſine aliorum prelatorum inferiorum et rectorum eccleſiarum aſſenſu: vllomodo requiſito. Illis tamen caſibus except. que qui de iure vel conſuetudine: aut ſpeciali reſeruatione facta ſedi apoſtolice ac legatis et ordinariis predictis ſpecialiter relinquuntur. b.fo.29. et.ffo.30.conce.26.

Collector ¶ Aduerte quod caſus de quibus hic fit mentio: expecificantur infra a Benedicto.11.in.§ 8.

6 ¶ IDEM Clemens conceſſit: vt ſinguli prouinciales fratrum mi.in ſuis prouinciis cum diffinitoribus in ſuis capitulis prouincialibus congregatis: habeant plenariam auctoritatem et facultatem examinandi: et approbandi fratres predicti ordinis in ſacra pagina eruditos: et quod eis officium predicationis (deum habendo pre oculis) committere valeant: ſicut ex forma regule poterat miniſter generalis. B.fo.56 et.ffo.139.conce.311. Et hoc idem conceſſum eſt carmelitis. B.ffo.185 con.463. Et ſimiliter conceſſum eſt Auguſtinenſibus. B.ffo.244.con.589.

Inſtitutio predicatorum.

7 ¶ IDEM Clemens prohibuit: ne fratres quos ab ordine pro ſuis culpis expelli contigerit: vel qui egreſſi fuerint proprio motu: preſumant predicare.&c. niſi ad alium ordinem in quo licite exercetur huiuſmodi officium: de licentia ſedis apoſtolice vel miniſtrorum ordinis prefati tranſierint. B.fo.58. Et.ffo.141.conce.331. Et quo ad carmelitas.fo.103. Et.ffo.186.conce.472. Et quo ad predicatores ffo.238.conce.557

Prohibitio predicandi.

8 **Benedictus.** 11.ſtatuit quod fratres ordi. predica. et mino qui ad predicandum deputati ſunt: poſſint in eccleſiis et locis ſuis: ac in plateis communibus ſeu publicis libere (abſque dioceſanorum et aliorum prelatorum petita licentia) clero et populo predicare: et iſque proponere verbum dei. Voluit tamen quod predicti fratres caueant omnino: ne illa hora in qua dioceſani predicauerint: vel coram ſe fecerint predicare: predicent ipſi fratres: niſi forſan hoc facerent de voluntate dioceſanorum ipſorum: aut in ſtudiis generalibus: diebus illis duntaxat quibus ſermones ad clerum fieri ſolent ſolemniter: ſiue in funeribus mortuorum: ſiue in eorundem fratrum feſtis ſpecialibus ſeu peculiaribus: qui in predictis quattuor caſibus concurrere poterunt in predicationibus cum dioceſanis. B.fo.126. Et.ffo.203.conce.500.

Caſus in quibus poſſunt predicare fratres etiam ſi dioceſani predicant

9 ¶ IDEM Benedictus ſtatuit quod predicti fratres in eccleſiis parrochialibus non audeant predicare: inuitis earum rectoribus ſeu ſacerdotibus: niſi de licentia ſuperiorum eorundem rectorum. B.fo.126. Et.ffo.203.conce.501.

Prohibitio predicandi.

10 ¶ IDEM Sixtus conceſſit fratribus carmelitanis: vt poſſint libere predicare populis in locis publicis: abſque tamen parrochialium eccleſiarum iuris preiudicio. Et declarauit quod huiuſmodi iuris preiudicium intelligatur de decimis et primitiis duntaxat: que a laicis ſolent clericis exhiberi. B.fo.102. Et.ffo.185.con.465.

Licentia predicandi.

Collector ¶ Aduerte quod in predicta conceſſione vult dicere Sixtus: quod dummodo eccleſiis parrochialibus non ſequatur preiudicium quo ad exactione decimarum et primitiarum: poſſint predicti fratres predicare libere in quibuſlibet locis publicis.

11 **Leo.** 10.conceſſit quod predicatores verbi dei ordi.minorum de obſer.quando actu predicant: vt puta in Aduentu: et quadrageſima poſſint officium feriale anticipare: et feſta illis diebus reſeruare quibus illos amplius laborare neceſſe eſt. Non tamen in fraudem diuini officii: ſed vt liberius valeant

Officium diuinum.

ſtudio vacare: ⁊ conſolationi ſpirituali fidelium populorum incumbere. O. ſſſo. 91. conce. 265.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ fratres minores ⁊ predicatores actu p̄dicantes: poſſint ſine ſtimulo: ⁊ ſeruato ieiunio: anticipare: ⁊ retardare horas comeſtionis ⁊ ſerotine collationis: iuxta ſuã conſolationem. o. ſſſo. 93. conce. 282. *12 Ieiunium.*

¶ Aduertendum eſt etiam circa materiã iſtam p̄dicatorum: ꝙ multi ſummi põtifices conceſſerunt multas indulgentias: quas lucrantur audientes ſermões fratrũ minorum. Ille autẽ indulgentie poſite ſunt ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 5. per totum. *Collector.*

Prelati.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

❧ Circa prelatos ſunt multa ⁊ varia in priuilegijs fratrum: que ſubſequenti ordine partiuntur. ¶ Primo enim ſunt aliqua ſtatuta ⁊ cõceſſa reſpectu prelatorum religioſorum. Et hec ſubdiuiduntur: Nam quedam pertinent ad eorũ electionem: que poſita ſunt ſuperius in dictione Electio. Alia concernunt eorundem prelatorum confirmationem: que etiam poſita ſunt ſupra in dictiõe Confirmatio prelatorum. Nonnulla vero attinent huiuſmodi prelatorũ auctoritatem in executione ſuorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus ſecundum varietatem denominationum officiorum. Ut de auctoritate generalis miniſtri: in dictiõe Generalis miniſter. Et ſic de alijs officijs: prout diſtincta ſunt ſupra in dictione Officia ordinis. ❧ Secundo principaliter in priuilegijs fratrum ſunt non pauca pertinentia ad prelatos eccleſiarum. Et horum aliqua reſpiciunt modum quem debent obſeruare erga fratres ad eos declinantes. ſ. qualiter debent eos benigne recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere. §. 1. ⁊ 2. Alia ſpectant ad reuerentiam quam fratres debẽt exhibere huiuſmodi prelatis in preſentatione confeſſorum: ⁊ alijs cõſimilibus. Et hoc iam dictum eſt in dictione Abſolutio quo ad ſeculares in multis. §. De quo etiam vide in dictione Preſentatio confeſſorum. Alia pertinent ad formam quam erga priuilegia dictorum fratrum debent tenere predicti prelati eccleſiarũ. De hoc autem habentur multa in dictione Priuilegia. ¶ Et tandem nõnulla pertinent ad inhibitiones per ſummos pontifices huiuſmodi prelatis factas: ne circa fratres ⁊ eorum officia ſe intromittant. Et de hoc habetur in dictione Exemptio in multis. §. *Collector. De attinentibus ad prelatos ordinis. De attinentibus ad prelatos eccleſiarũ.*

Prefatio.

Eugenius. 4. cõceſſit fratribus mi. ꝙ in feſtiuitatibus ſancti Frãciſci: poſſint dicere propriam prefationẽ: ⁊ Credo. o. ſſſo. 101. conce. 408. *1*

Sixtus. 4. cõceſſit ꝙ fratres mi. in die ſancti Frãciſci: ⁊ ſtigmatũ euſdẽ: poſſint dicere p̄fationẽ propriam in miſſa. o. fo. 63. Et ſſo. 67. conce. 110. Et ſſſo. 100. conce. 386. *2*

❧ IDEM Sixtus cõceſſit ꝙ in miſſis ſancti Franciſci dicatur propria prefatio. o. ſſſo. 102. conce. 412. ¶ Hoc eſt intelligendum de miſſis votiuis que dicuntur extra feſtiuitates predictas: Nam pro diebus feſtiuitatum iam cõceſſum erat: vt patet ſupra. §. 1. *3*

Pꝛeſentatio confeſſoꝛum.

Collectoꝛ. ¶ Quia conceſſiones ⁊ oꝛdinationes attinentes ad pꝛeſentationem confeſſoꝝ oꝛdinarijs faciendã: ſunt cõmixte cum auctoꝛitate quã hmõi confeſſoꝛes habent ad abſoluendum. Jdeo poſite ſunt ſupꝛa in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. i. Et ideo ibi poteris eas ad longum videre.

Collectoꝛ. ¶ Circa huiuſmodi tamẽ materiam pꝛeſentationis confeſſoꝝ opoꝛtet vlterius aduertere: ꝙ quia fratres cõfeſſoꝛes oꝛdinum mendicantium debite pꝛeſentati epiſcopis: aut eoꝝ vices gerentibus magnã habent auctoꝛitatem: tam per clementinã Dudum: de ſepulturis: ꝗ̃ per priuilegia ſpecialia: quibus nequeunt gaudere: nec confeſſiones ſecularium generaliter audire nõ ſic pꝛeſentati: ideo foꝛmam debitam pꝛeſentandi libuit hic inſerere. ¶ Sciẽduꝫ eſt ergo ꝙ duplex modus: ſeu foꝛma pꝛeſentationis cõfeſſoꝝ reperitur in iure: ⁊ in priuilegijs fratrũ pꝛedicatoꝝ. ¶ Pꝛimus modus ⁊ foꝛma iuridica continetur in pꝛefata clementina Dudum: de ſepul. ubi ponuntur multa: que vix poterunt ad litteram obſeruari. Pꝛimo enim dicitur ibi ꝙ huiuſmodi pꝛeſentatio fieri debet per miniſtros: aut cuſtodes quo ad fratres mino. aut per magiſtrum: ſeu pꝛioꝛem pꝛouincialem vel eius vicarium quo ad fratres pꝛedicatoꝛes: qui debent accedere ad pꝛeſentiã pꝛelatoꝝ eccleſie ⁊ petere ꝙ fratres qui fuerint electi ab eis poſſint libere confeſſiones ſubditoꝝ illius dioceſis audire. ¶ Secundo dicitur ibidẽ q̃ꝺ poſt huiuſmodi petitionẽ eligantur fratres qui audituri ſunt confeſſiones: ⁊ hoc per generalẽ vel pꝛouinciales: ſicut habetur ſupꝛa in dictione Confeſſiones ⁊ confeſſoꝛes. §. 3. ¶ Tertio additur q̃ꝺ confeſſoꝛes ſic electi pꝛeſententur epiſcopis: aut eoꝛum vices gerentibus a pꝛefatis pꝛelatis fratrum per ſe vel per alios fratres quos ad hoc deputauerint: petendo humiliter vt de ipſoꝝ beneplacito poſſint audire confeſſiones ſuoꝝ ſubditoꝝ. ¶ Sed quia pꝛima duo ſupꝛadicta ſunt difficilia ad ſeruanduꝫ: cuꝫ pꝛelati huiuſmodi fratrum nequeant ſemper adeſſe vbicunqꝫ: ⁊ quandocũqꝫ eſt faciẽda pꝛeſentatio. Ac ſimiliter: q2 iidem pꝛelati non valent eligere aliquos fratres ad audiẽdas confeſſiones extra capitula pꝛouincialia: niſi foꝛte habeant ſpecialem cõmiſſioneꝫ ſui generalis: ideo expedit vt fiat pꝛeſentatio ſub foꝛma inferius annotata: que ſi acceptetur a pꝛelatis eccleſiarũ ſufficiet q̃uis alia pꝛedicta omittantur que ſunt in fauoꝛem ipſoꝝ: cum liceat vnicuiqꝫ renunciare iuri ſuo.

Pꝛima foꝛma pꝛeſentatiõis fratruꝫ cõfeſſoꝛum. ¶ Sequitur foꝛma pꝛeſentationis confeſſoꝛum que fieri poteſt per quemcũqꝫ pꝛelatum oꝛdinis: aut eius vices gerentem accedendo ad pꝛeſentiam oꝛdinarioꝛum ⁊ dicendo. Reuerẽdiſſime dñe: ſuplex oꝛatoꝛ dominationis veſtre frater. N. miniſter aut pꝛioꝛ: ſeu frater N. cuſtos huius cuſtodie vel pꝛouincie: vel guardianus: ſeu pꝛioꝛ talis conuẽtus: auctoꝛitate ⁊ cõmiſſione dictoꝝ miniſtri aut pꝛioꝛis pꝛouincialis: ſeu cuſtodis oꝛdinis fratrum. N. humilem ac debitã exhibet reuerentiã. Cum ſm pꝛiuilegia dicto oꝛdini noſtro a ſummis pontificibus indulta: fratres eiuſdem oꝛdinis per miniſtrum vel cuſtodem: aut fratres alios quos ad hoc idoneos deputauerint: pꝛeſentati humiliter locorum pꝛelatis ad ſuoꝛum ſubditoꝛum cõfeſſiones audiendas: ⁊ ſalutares penitentias cum abſolutionis beneficio iniungendas: de licentia ⁊ gratia ac beneplacito eoꝛundem merito recipi debeant: ⁊ admitti: hinc eſt ꝙ Reuerende dominationi veſtre: de cuius benignitate ampliſſimã fiduciam gerimus: ſm eu

nonici iuris formã ſup hoc ſtatutã: infra ſcriptos fratres per me(ſi eſt miniſter aut prior puincialis vel in capitulo noſtro puinciali)a dicto. N. legitime electos: ⁊ deputatos: cuꝫ ea qua decet: ⁊ poſſum reuerẽtia humilime preſento: ob nixius eidẽ dñationi veſtre ſupplicans quatenus ipſos(⁊ me cum illis ſi vult) recipere ⁊ admittere dignetur: ac ſi totalis forma iuris in Clementina Duduꝫ de ſepulturis: ⁊ in cõcilio Lateranẽſi tradita obſeruata eſſet. Et eiſdẽ ac mihi: de ſua gr̃a ſpeciali: a caſib⁹ etiã eidẽ reſeruatis(p aĩaꝝ ſalute)abſoluẽdi auctoritatẽ pſtare. Et ipſi vna mecũ p eadẽ dñatione veſtra. Vniuerſoqꝫ ſibi grege cõmiſſo aſſidue redemur apud deũ ſupplices pccatores. Quam idẽ dominus longeuos in annos ad cunctorum ſalutem conſeruare dignetur. Nota.

¶ Facta eſt pſentatione(niſi ordinarius cauſam legitimã haberet non admittẽdi aliquẽ)ſiue admittat ſiue nõ: poſſunt dicti fratres abſoluere ſubditos predicti ordinarij ab omnibus caſibus a quibus poſſunt pſbyteri parrochiales: vltra id qd̓ p priuilegia particularia cõceſſum eſt: Et nõ oportet dictã pſentationem iterare in vita illius epi: ſcilicet aliquorſum ſe trãſferant fratres ad morandum: ſcũ ad dictã dioceſim iterum ad morandum reuerſi fuerint: vt habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.i.in.§.4. Collector.

Eſt et alius modus preſentandi fratres confeſſores per conceſſionẽ Innocentij.8.qui poteſt fieri p quẽcunqꝫ guardianum: etiã ſi nõ habeat cõmiſſionem ab aliquo ſuperiorꝫ: prout habetur in monumẽtis ordinis: ⁊ in ſupplemento: ⁊ in hoc cõpendio in dictione Abſolutio quo ad ſeculares primo.§ 13. Attamẽ iſte ſecũdus modus eſt oneroſus. Debet enim fieri quolibet anno: ⁊ eſt dubium an ſic preſentatus habeat cõceſſiões particulares factas confeſſoribus noſtris: vt ſupra preſentatis. Ideo ego non curarem de iſto: niſi in caſu neceſſitatis. Scd̓a forma preſentandi confeſſorꝫ.

Priuilegia fratrum.

¶ Diſtinctio materie priuilegiorum fratrum.

¶ Aduertẽdum q̄ circa priuilegia fratrũ: multa poſſunt: ac debent cõſiderari. Collector.
¶ Primo illorũ firmitas. Et hec cõtinetur infra.§.3.⁊.4.⁊.5.⁊.7.⁊.10.⁊.12.⁊ alijs ſequẽtibus vſqꝫ ad finem. ¶ Scd̓o debet attẽdi hmõi priuilegiorũ interpretatio ſeu declaratio ad quẽ ptineãt. Et de hoc habet infra.§.2.⁊.11.⁊.15. ¶ Tertio eorũdẽ priuilegioꝝ ſuſpẽſio: ſeu reuocatio. Iſtud aũt ponit infra.§.5.⁊.6.⁊.9.⁊.12.⁊.18.⁊.21 ¶ Quarto ſunt conſiderande nõnulle phibitiones reſpectu predictoꝝ priuilegiorũ. Iſte vero habentur infra.§.1.⁊.9.⁊ 11.⁊.12. ¶ Quinto eſt attẽdẽda eorũdem priuilegioꝝ cõmunicatio. Et de hoc dictũ eſt latiſſime ſupra in dictiõe Cõmunicatio priuilegioꝝ. ¶ Vltimo q: circa ſuſpẽſionem: ⁊ reuocationẽ hmõi priuilegioꝝ occurrunt multe dubitationes: ponuntur infra poſt omnia ſupradicta quedam notabiles queſtiones.

Alexander. 4. precepit eccleſiaꝝ prelatis: vt pmittãt fratres mino. ⁊ pdicatores vti ſuis priuilegijs: ⁊ indulgẽtijs: ac regularibus obſeruãtijs: ⁊ ſtatutis per ſedem apoſtolicam approbatis.b.fo.22. Et ffo.24. conce.11. 1 Prohibitio.

Clemens. 4. inhibuit diſtricte oĩb⁹ eccliaꝝ platis: ne interptari pſumãt priuilegia: ⁊ idulta cõceſſa ffrib⁹ mi. ⁊ pdica. ſiue clara q̃ interptatiõe nõ indigẽt ſiue dubia contineãt. 2 Interpretatio.

Et voluit q interptatio ſup hmoi dubijs z obſcuris reſeruet ſedi aplice: cum eius ſit interpretari cuius z condere. b. fo. 30. Et ffo. 31. conce. 31.

3 **Eugenius.** 4. cōceſſit fratribus ordinis pdicatoꝝ: q virtute quarū cūqz litteraꝝ aplicaꝝ cōceſſaꝝ: z cōcedendaꝝ: nō poſſit vllo modo pindicari ſeu derogari puilegijs pdictoꝝ fratrū: niſi de ipſo ordie: z de hmoi litteris fiat de verbo ad verbū expſſa mētio. M. ffo. 79. coce. 239.

4 Cōfirmatio **Sixtus.** 4. confirmauit omnia puilegia ab eodē vel a pdeceſſoribus ſuis cōceſſa ordini fratrū mi. z p ſertim pteta in bulla eiuſdē que incipit Regimini vniuerſalis eccliē: Non obſtātibus quibuſcūqz litteris poſt modum ordinatis a ſua ſanctitate: preſertim illis que incipiūt Sup curā gregis dominici. o. ffo. 68. conce. 127.

5 Cōfirmatio Reuocatio. ¶ JDEM Sixtus pfirmauit oia puilegia a ſua ſāctitate vel a ſuis pdeceſſoribus cōceſſa ordini mi: exceptis indulgētijs gñalibus quo ad viſitātes loca fratrū vel ſororū. Et hoc ō pceſſis in gñe: addēdo q nō intēdit ſua ſanctitas q indulgētie pdicto ordini cōceſſe p perſonis fratrum (ſiue ſint generales: ſiue nō) reuocentur per quaſcūqz litteras aplicas: etiam cruciate. Et idem de alijs priuilegijs: niſi in talibus litteris apoſtolicis fiat expſſa mentio de indulto hmoi: z ordine predicto. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 137.

Collector. ¶ Aduerte circa predictam cōceſſionem: q cōmuniter ponūtur in bullis cruciate z alijs ſimilibus talia verba q equipollent expreſſioni neceſſarie ad reuocationē vel ſuſpenſionē priuilegioꝝ fratrū etiā mēdicantiū. Semper tñ ſunt inſpiciende derogationes talium bullarum: z conferēde cū non obſtantijs priuilegioꝝ fratrum: vt ſic appareat quod preualere debeat.

6 Suſpenſio. ¶ JDEM ſixtus cōceſſit generali fratrū mi: q qñ viderit aliquē fratrē ſui ordinis abuti gratijs z facultatibꝰ apoſtolicis: poſſit z valeat hmoi gratias ſuſpendere z ſuſpenſas tenere donec (q̄primum cōmode poterit) conſulat deſup Romanum pontificē: z ab eo reſponſum habeat. Et ſuper hoc onerat cōſcientiam predicti generalis. b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58.

7 Cōfirmatio ¶ Idē ſixtꝰ i mari magno motu ppo z ex certa ſciētia auctoritate aplica approbauit: z robur ppetue firmitatis obtinere debere decreuit oia z ſingla puilegia per quoſcūqz Ro: pōtifices pdeceſſores ſuos ordini fratrū mi: z illiꝰ domibꝰ: z pfeſſoribꝰ (in gñe ſub quacūqz vboꝝ forma) pceſſa: ac p potiori cautela oia: z ſingula pdicta de nouo pceſſit: z idulſit. B. fo. 59. z ffo. 142. conce. 343.

8 Indulgētie. ¶ JDEM ſixtus fecit quādā magnā conceſſionem reſpectu priuilegioꝝ concernentiū ſtationes z indulgentias vrbis Rome fratribus mi. cōceſſas: Prout habetur ſupra in dictiōe Indulgētie ſtationū quo ad fratres: in. §. 7. Vide ibi. Et aduerte ad notabile in fine illius poſitum.

9 Suſpenſio. Pro oībus fratribꝰ mēdicātibus. ¶ JDEM ſixtus declarauit z decreuit q ſuſpēſio puilegioꝝ ſeu facultatū z indultoꝝ quā ipſe fecerat: ſolū debere referri ad facultates z indulta q̄cunqz z indulgentiaꝝ z abſolutionū z remiſſionū peccatoꝝ cōcernentiū perſonas quaſlibet que non ſunt ordinū mendicantium: ac monialiū: z ſoroꝝ tertij ordinis colegialiter ſub eorum cura viuētium: ac ſeruiētium eiſdem continue: z non ad alias facultates ſeu indulta ab ipſo Sixto vel a ſuis pdeceſſoribꝰ predictis ordinibus conceſſa. B. ffo. 106. conce. 227.

10 Pro fratri ¶ JDEM ſixtus in mari magno diſtricte inhibuit platis ordinarijs locorū: ſub interdicti ingreſſus ecclie: z ſuſpēſiois a regimine z adminiſtratiōe ſuarū

eccleſia⁊ ac rectorib⁹ eccliar: ⁊ alijs quibuſcūq; ſub excōis late ſentētijs ⁊ pri- b⁹ pd. ⁊ mi.
uatiōis eorūdē parrochialiū eccliar: ac olim alior ecclaſticor bñficior q obti- Excōicatio.
nuerint: necnō inhabilitatis ad illa: ⁊ alia impoſterū obtinēda penis ipſo facto p
eos qui cōtra fecerint incurrēdis: ne ordines fratrū pdicator ⁊ minor ⁊ illor
domos ⁊ pfeſſores: pter aut cōtra priuilegia ⁊ indulta Romanor pōtificum
quorūcūq; pdeceſſor eiuſdē Sixti: vel cōtra ſuarū litterarū tenorē: inquieta-
re ſeu moleſtare pſumant. B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355.

¶ Innocētiꝰ. 8. fecit fratrib⁹ ordi. pdicat. cōgregatiōis hiſpanie circa eor priui- 11
legia ſequētē cōceſſionē. Nā nōnulla dubia occurrunt ⁊ occurrere poſſunt fra- Pro fratri-
tribus ordi. pdicator cōgregatiōis hiſpanie ſup gratijs ⁊ priuilegijs: tā ordini bus pdicat.
quā cōgregatiōi pdictis cōceſſis: idē dñs Innocētius p ſecuritate cōſciētiarū Interptatio
pdictor fratrū ↄceſſit facultatē vicario gñali dicte cōgregatiōis p tpe exiſtēti: Particula-
cū aliqua pſona in dignitate eccliaſtica ↄſtituta: ⁊ duob⁹ alijs iuriſcōſultis: iter ris p Hiſpa
ptādi hmōi dubia. Et q frēs dicte ↄgregatiōis ſecure poſſint ſtare declaratio- nia.
nibus p eoſdē faciēdis. o. ffo. 76. coce. 195. ppe finē. Et ffo. 101. conc. 394.

¶ Aduertēdū eſt circa pdictā conceſſionē: q illud qd ↄceditur hic vicario ge- Collector.
nerali fratrū pdicte congregationis: debet intelligi etiā eſſe conceſſum cuilibet
puinciali fratrū mi. prouinciar caſtelle ⁊ legionis ⁊ aragonū ac ſicilie: ⁊ non
aliar prouinciarū extra hmōi regna. Et hoc rōne cōicatiōis ſpecialis facte hu-
iuſmodi fratribus: put habetur ſupra in dictione Cōicatio priuilegi. §. 10.

¶ Alexander. 6. decreuit ⁊ ordinauit: q frēs mi. nequeāt vti gratijs vel facul- 12
tatibus in forma breuis dūtaxat conceſſis: q per bartholomeū floridū olim ſe Prohibitio
cretariū ſuū ſubſcripte fuerūt: niſi ad id ſuor ſupior gñaliū vel prouincialiū
pro tpe exiſtentiū accedat aſſenſus: perinde ac ſi in litteris predictarum facul-
tatū ⁊ gratiarū adiecta foret predicta conditio. b ffo. 55. conce. 64.

Julius. 2. declarauit q per confirmationē priuilegior fratrū mino. p 13
Sixtū. 4. factā: ac eorūdem priuilegior nouā conceſſionē per Cōfirmatio
hec verba (de nouo concedimus) ſolūmodo eſſe ↄfirmata priuilegia dicto or- ⁊ reuocatio
dini conceſſa: ⁊ non alias reuocata. B. fo. 43. Et ffo. 126. conc. 177.

¶ Aduertēdū eſt q pdicta declaratio credit ſic facta fuiſſe abſolute: ⁊ generali- Collector
ter propter defectū relationis. Nā multi famoſi doctores vniuerſitatis Salmā
tine declarauerūt ⁊ determinauerūt q qñcunq; aliqua priuilegia conceduu-
tur de nouo cū ſequenti clauſula. Non obſtantibus reuocationibus aplicis:
prout in bulla aurea continet: intelligūtur viuificata ⁊ de nouo ↄceſſa etiā illa
que fuerāt reuocata. Nā aliter nihil operarentur predicta verba. Cum tamen
verba in litteris apoſtolicis poſita: ſemper debeant aliquid operari.

¶ IDEM iulius fecit copioſiſſimā confirmationem priuilegiorū qualiter- 14
cūq; conceſſor ordini fratrū Auguſtini. ⁊ ppetue firmitatis robur obtinere de- Et priuileg.
creuit. Et inſuper ſingula priuilegia ⁊ immunitates exēptiones conceſſiones in- Auguſtine.
dulgentias: peccator remiſſiones: ⁊ indulta qcūq; quibuſuis congregationi
bus: ſeu ſocietatibus: aut alijs locis: ⁊ illor pſonis dicti ord. fra. auguſti. regu Cōfirmatio
la. obſer gñalr ↄceſſa: ad totū ipm ordinē pdictor fratrū ⁊ illiꝰ pſonas: ac ſi il
lis etiā ſpecialiter cōceſſa fuiſſent: extendit ⁊ cōicauit. B. ffo. 66. conce. 206.

¶ IDEM Julius conceſſit fratribus Auguſtinenſibus q priuilegia eorum 15
omnia integre: ⁊ ad verbum vt ſonant pleniſſime: atq; inuiolabiliter: vbiq;
gentium obſeruetur. b. ffo. 95. conce. 311.

16 ¶ IDEM iulius proprio motu: ac de plenitudine ſue poteſtatis voluit ⁊ ſtatuit ac decreuit: vt quecūq₃ conceſſio apoſtolica facta ordini fratrum Auguſtinenſium: vel eiuſdem ordinis generali: ſiue directe: aut per cōmunicationē priuilegiorum aliorum ordinum: eandem omnino vim atq₃ efficaciā perpetuo habeat: tam in iudicio ꝙ̄ extra iudicium: ac ſi plumbeo ſigillo obſignata eſſet. Et hoc intelligi voluit tam de hijs que in forma breuis: ꝙ̄ de hijs que per ſupplicationes expedita ſunt: in quibus placuit vt ſola ſignatura ſufficeret. B. ffo. 267. conce. 698. Et ffo. 76. conce. 229.

De validitate priuilegiorum.

17 ¶ IDEM iulius ꝓprio motu: ⁊ ex certa ſciētia: ac de plenitudine ſue poteſtatis decreuit ⁊ mādauit: vt ꝗcūq₃ priuilegia dicto ordini Auguſtinēſiū: vel eiuſdē ordinis generali vtcūq₃ cōceſſa: ſiue ipſa exēplaria: ſiue eoꝝ trāſumpta oſtēdātur: p̄lati alicuius aut publici notarij manu ſignata: aut etiam generalis dicti ordinis ſigillo firmata eandē omnino vim habeāt: ⁊ illis fides adhibeatur: ac ſi plūbi ſignū haberēt. B. ffo. 268 cōc. 698. Et ffo. 76. cōce. 230.

De validitate priuilegiorum.

18 LEO. 10. fecit conſimilem conceſſionem p̄fatis fratribus Auguſtinēſibus: prout Iulius. 2. in conceſſione immediate ſuprapoſita fecerat: nullo immutato nec addito verbo. b. ffo. 123. conce. 560.

De validitate priuilegi.

19 ¶ IDEM leo ſtatuit ꝙ ſi ſeculares cōtraire mari magno vel cuiquā ꝯceſſionū fratrū heremitaꝝ. ſ. auguſtini temere auſi fuerint: p̄ excōicatis publicētur. Si aūt clerici fuerint: p̄ter cēſurā ſupradictā: dignitatibus ⁊ bn̄ficijs eccleſiaſticis priuati ſint: eaq₃ libere impetrari poſſe decreuit b. ffo. 122. conce. 558.

Prohibitio Excōicatio.

20 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ fres mi. regularis obſer. ſecura ꝯſciētia poſſint vti oībus eis cōceſſis a ſede ap̄lica ⁊ Romanis pōtificibus: ſiue p bullas: vel breuia aut viue vocis oracula (prout in libris ordinis reperiunt) ac ſi oīa ſpecifice fuiſſent p̄fato ſummo pōtifici expreſſa. Et pro maiori cōſcientiaꝝ ſecuritate: oīa p̄fata priuilegia de nouo ꝯceſſit. Voluit etiā ꝙ nō ſint minoris efficacie ⁊ valoris viue vocis oracula: quā ſi p bullā: aut breue ad ꝑpetuā rei memoriā eēnt conceſſa. Sed hoc in foro cōſciētie tātū. O. ffo. 58. conce. 161.

Ampliſſima ⁊ noua conceſſio. Nota. Oracula.

21 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ virtute bullarū cruciate cōtra īfideles: vel aliarū indulgētiaꝝ generalium: quaſcūq₃ reuocatiōes: aut ſuſpēſiones priuilegioꝝ ordinū: etiā mendicantiū cōtinētes: nūquā intelligantur reuocata: nec ſuſpenſa indulta: priuilegia: ⁊ gratie cōceſſe quo ad perſonas fratruꝫ mi. obſer. ⁊ quo ad ſuſpēdendum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorū ſui ordinis: niſi de hijs ſpecifice ⁊ nominatim mentionem facerent. C. ffo. 60. conce. 177.

22 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ gn̄alis fratrū mi. in ſuo capitulo gn̄ali: ⁊ quilibet ꝓuincialis in ſuo capitulo ꝓuinciali (de cōſenſu eiuſdē capituli vel maioris partis) declarare poſſit: ⁊ valeat vtrū ab vſu alicuius cōceſſiōis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtquā quidē declarationē: tam fratres quā moniales ſue obediētie: ac ſi cōceſſio huiōi p ſanctitatē ſuā ſuſpenſa vel reuocata fuiſſe: conceſſione eadem imposterū non vtantur. o. ffo. 94. conce. 296.

Declarare.

23 ¶ IDEM leo poſtquā in cōcilio lateranēſi moderauit: ſeu reuocauit in aliquibus priuilegia fratrū mēdicantium: declarauit ꝙ oīa: ⁊ ſingula priuilegia p̄dictoꝝ fratrū mēdicantiū qualitercūq₃ eis cōceſſa: ꝑmāſerūt ⁊ ꝑmaneāt in ſuo roboꝛe: exceptis illis in quibus fuerunt moderata ſeu reuocata. Et ad abundātioꝛem cautelam: priuilegia p̄dicta cū dictis modificatiōibus: motu proprio innouauit: ac diſtricte p̄cepit ⁊ mādauit eccleſiarum p̄latis: vt religioſos p̄e.

Reuocatio. Noua conceſſio.

ſatos ſuper alijs priuilegijs non modificatis moleſtare non preſumāt: ſed ſua
eis iura ⁊ priuilegia inuiolabiliter obſeruent. B. ſtio.27.conce.88.
¶ JDē Leo poſtea reualidauit: ac in priſtinū ſtatum reſtituit omnia priuile 24
gia fratrum mino. obſer. quo ad forum conſcientie tantum. Et hoc ſolum ora
culo viue vocis. Uide ſupra ad longum in dictione Concilium. §.7.

Reualidatio.

¶ Sequuntur quedam queſtiones pro intellectu priuilegiorum ordinibus mendicantium conceſſorum.

Prima queſtio eſt. Quia in pleriſq3 cōceſſiōibus ſupradictis: ⁊ in toto nr̄o mari magno: ⁊ alijs priuilegijs cōtinet̄ ꝙ nō intelligātur reuocata niſi de eis fiat mētio de verbo ad verbū: vtputa ꝯcedit̄ nobis vt nō teneamur ad ꝓcurationē legatoꝝ etiā ſi in lr̄is eorūdē dicat̄ vt tā nō exēpti ꝗ̄ exēpti teneant̄ ad hoc onus: niſi de hoc indulto nobis cōceſſio fiat mētio de verbo ad verbū: poſtea papa cōcedit legato vt poſſit exigere ꝓcurationē a qbuſcūq3 pſonis etiā exēptis: quis talia habeāt priuilegia ꝙ de eis ſit fienda mentio de verbo ad verbū: q̄ voluit in lr̄is legati haberi ꝑ expꝛ̄ſſis: ꝗ̄ritur nūc vtrū ꝑ has lr̄as legatoꝝ ſit derogatū priuilegio nr̄o. Et ſic de ſimilibus. ¶ Et licet ſuper hoc multi multa dixerint: tamē ſemꝑ maior ⁊ ſolēnior pars doctorū tenuit priuilegio nr̄o derogatū eſſe. Tādē Felinus in. c. Nōnulli: de reſcriptis cōpēdioſiſſime tractās hāc materiā: ⁊ ibi adducēs oēs ſuꝑ eā ſcribētes: cōcludit ꝙ ſi hoc habet curie ſtilus indubie derogatur priori priuilegio. Et ꝙ hoc habeat ſtillus curie eſt pluſꝗ̄ manifeſtū: cū in nullis reuocatiōibus iſerantur lr̄e priores: niſi aliqn̄ ad abundātiorē cautelā. Ac ꝓpterea nō debēt opinari fratres ꝙ ſua priuilegia ſint imutabilia: ſicut ſi ſic eſſent ligate manus pōtificū vt nō poſſint derogare cōceſſis a ſe vel ſuis ꝑdeceſſoribus niſi illa infererēt: cū eſſet impoſſibile oīa ſcire: cū ſint innumerabilia: ⁊ particularia. ¶ Eſt tn̄ aduertendū an relatio breuis: vel bulle ſuper quā ſit cōceſſio ſit vera. Nā ſi eſt falſa: nihil valet qd̄ conceditur etiā ſi contineat maximas clauſulas: ⁊ nō obſtantias. ¶ Itē eſt aduertendū an in totū vel in partē aut ad tēpus derogēt prioribus. Nam licet habeant litere ſecunde magnas nō obſtātias: ⁊ amplas generalitates: non derogant niſi illis contra que ſunt. Verbi gratia. Ego habeo priuilegiū vt in partes ieroſolymitanas poſſim tranſire: poſtea prohibetur ꝙ in illas partes nullus tranſeat non obſtātibus quibuſcūq3 priuilegijs cōceſſis: ordinibus vel perſonis ⁊c etiā ſi de eis eorūq3 totis tenoribus ⁊c. Nūquid nō potero proficiſci ad Cōpoſtellā: cū habeā aliud priuilegiū hoc mihi concedens. Si diceres non qꝛ omnibus priuilegijs eſt derogatū: in. eligē oibus priuilegijs derogatū: quo ad tranſeundū in ieruſalē. ¶ Sed qꝛ derogatio poteſt fieri quo ad totalē reuocationē: vel quo ad tēporalē ſuſpenſionē: ideo queritur ſcd̄o quid de ſuſpenſionibus priuilegioꝝ q̄ quotidie fiunt qn̄ cōceduntur bulle cruciate vel fabrice eccleſie aploꝝ Petri ⁊ pauli ſiue tpe Jubilei aut alie ſimiles. ¶ Dicendū ꝙ inſpiciēda ſunt verba: ⁊ ſcd̄m ipſa iudicandū: prout in alia queſtione iam dictum eſt: ideo de hoc nō querimus. Sed ꝗ̄ritur quot: vel q̄ priuilegia cōprehendant tales ſuſpēſiones. ¶ Et vr̄ ꝙ ſolum comprehendant: ⁊ ſuſpendant illa que poſſent impedire vel retardare effectū illorum que per tale iubileum exhortantur vt fiāt: vt proficiſci Romā ad cōſequendū iubileum: ire ad bellū cōtra infideles ad conſequendā indulgentiā: accipere bullā: ⁊ cōtribuere certā quātitatem

Collector Queſtio circa drogationē priuilegiorū fratrum.

Rñſio ad queſtionem.

Queſtio de ſuſpēſiōe priuilegiorum.

Rñſio queſtionis.

pecunie pro eadē cauſa. Nā ſi ego haberē p priuilegiū illud qd̄ cōceditur p iu-
bileū vel cruciatā ⁊c. vel per cōfeſſionalia ⁊ ſimiles facultates: nō curarē de di-
cto iubileo ſeu cruciata ⁊c. ideo ſuſpēdūtur talia priuilegia ⁊ facultates: ⁊ alie
q̄ſtuarie applicāde cruciate ⁊c. nō aūt priuilegia ſup alias materias: vel in bul
lis cruciate nō cōtenta: aut p iubileū nō cōceſſa. Q2 abſurdū eſſet q̄ ſuſpēderet
illud qd̄ mihi nō pōt prebere: q2 nō habz. ¶ Sed dimiſſa q̄ſtione de ſuſpēſio-
ne p iubileū ⁊ alias bullas quas nō vidim⁹: dicam⁹ de cruciata cōceſſa in Hiſ-
pania primo cōtra mauros regni granate: deinde cōtra infideles partiū Affri-
ce. Et dicim⁹ q̄ clauſula ſuſpēſionis in forma: ⁊ ad litterā continebat hec ver-
ba. Et ne ppter alias indulgētias: in hoc ſctō ope tardiores xp̄i fideles exiſtant
oēs ſiles aut diſſimiles indulgētias ⁊ facultates a nobis: ⁊ eadē ſede vel ei⁹ au-
ctoritate q̄buſcūqz eccliſijs: monaſterijs: hoſpitalibus ⁊ pijs locis: vniuerſitati-
bus cōfraternitatib⁹ ⁊ ſingularib⁹ pſonis: plenarias: tpales ⁊ ppetuas in vita
vel mortis articulo in dictis regnis ɔceſſas: pro hmōi expeditiōe dūtaxat ad tē
pus triēnij duratura: ſuſpēdim⁹: ita q̄ ille etiā ſi clauſulas aliquas ɔtra futurā
earū ſuſpēſionē in ſe cōtinerēt (quarū tenores ⁊ formā: ac ſi de verbo ad verbū i
ſererētur pſentibus: haberi volum⁹ p expſſis) nemini interim vllatenus ſuffra-
gētur. Et ſub excōis late ſentētie pena: hmōi indulgentie durante triennio pu-
blicari ⁊ predicari: ⁊ earum pretextu quevis pia ſuffragia poſtulari nequeant.

Queſtio de ſuſpenſionibus contentis in bullis cruciate.

¶ Nūc q̄ritur quō vel in q̄bus pdicta ſuſpēſio intelligat. ¶ Et videt q̄ ſolū in
indulgētijs ɔceſſis viſitātib⁹ ecclias: monaſteria: hoſpitalia ⁊c. Patet hoc: nā
ibi dz: Oēs ſiles aut diſſimiles indulgētias plenarias: tpales ⁊ perpetuas. Ad-
ditur etiā q̄ nō pdicentur aut publicētur: nec quevis ſuffragia poſtulari que-
ant ſuſpēſione durāte. Itē in principio clauſule dicitur. Ne ppter alias indul
gentias ⁊c. Attñ q2 ibi dr ne tardiores xp̄i fideles exiſtāt ⁊c. poſſet forte dici: q̄
oēs alie grē ſiue facultates: quarū ſiles cōtinētur in bulla cruciate ſuſpēdūtur:
vez cōfeſſionalia: ⁊ alie q̄cūqz ibi contēte. Nā videtur velle papa q̄ (vt xp̄i fi-
deles neceſſitētur ad accipiēdū iſtā cruciatā: ⁊ cōtribuēdū) nō poſſint facultati
bus cōtētis in bulla cruciate: p bullas vel cōfeſſionalia antea habitas vti. Di-
cere eni (put aliqui auſi fuerūt) q̄ p iſtā ſuſpēſionē ſuſpēdebantur oia priuile-
gia; facultates ⁊ indulta q̄buſcūqz pſonis facta: eſt ita abſurdū q̄ nō indiget re
probatione. Nā eſſet dicere q̄ etiā eſſet derogatū priuilegijs eoꝝ qui hñt facul-
tatē teſtādi: ⁊ priuilegijs religionū vniuerſitatuz: ⁊ aliaꝝ pſonaꝝ ſup diuerſis
materijs: ita q̄ durāte tpe ſuſpēſionis nō poſſent tūc vti eis illa habētes. Et ſic
q̄ p illo tpe eſſent religiones ordinarijs ſubiecte: ⁊ q̄ nō poſſent prelati religio
nū abſoluere ſuos ſubditos a caſibus eis p ſedē aplicā ɔceſſis: neqz a caſibus
epis reſeruatis: niſi ſibi epi darēt cōmiſſionē. Et ſic de alijs infinitis incōueniē
tibus. ¶ Propter qd̄ teneam⁹ (put ſupra dictū eſt) q̄ p ſuſpēſionē ſupradictā ſu

Reſolutio queſtionis.

ſpēduntur oēs indulgētie q̄ſtuarie: ⁊ oēs facultates contente in bulla cruciate
hmōi. q̄ antea virtute alioꝝ indultoꝝ habebātur. Et quo ad religioſos eſt etiā
aliud: q2 ſcz in tali ſuſpēſione nō ſuſpendūtur ɔceſſiōes religionū. Q2 licet di-
catur de monaſterijs: intelligēdū videt de indulgētijs cōceſſis viſitātibus mo-
naſteria ⁊c. ¶ Sed an etiā ppter hoc indulgētie ſuſpēdātur quo ad fratres. Ui-
detur q̄ dō nō. Nā put dixi: nō ſuſpēdit ɔceſſiones religionū neqz ſunt quoad
religioſos q̄ſtuarie: cū illas nō conſequātur porrigēdo manus adiutrices: ſed
cor purū: ⁊ orationes deuotas: quibus plus proderūt intentioni cruciate: quā

pecuniis. Et ſic videtur ꝙ nõ ſunt in p̄iudicium cruciate. Et forte hoc intẽdit Sixtus.4.talia ṽba dicẽs: vt p3 ſupra in dictione Indulgẽtie ſtationũ.§.7. Et ſic declarãt ſemꝑ cõmiſſarij dicte cruciate: cũ ad eos recurrit. Et in ſpeciali quo ad fratres mi.obſ.ita conceſſit Leo.10.vt poſitũ eſt ſupra.§.21. Tñ ſecurius eſſet procurare ꝙ emẽdaret ille ſtillus: ⁊ ꝙ expꝛeſſe exciperent indulgẽtie fratrũ quo ad pſonas ſuas: ⁊etiã quo ad alios: i bis q̃ nõ poſſunt diuidi. Ut vc3 habem⁹ p̄uilegiũ ſuſpẽdẽdi interdictũ in noſtris feſtiuitatib⁹: nõ poſſemus bene ipſo vti niſi ſeculares poſſent audire diuina: licet per bullas cruciate ipſis cõcedat ꝙ poſſint audire diuina tali tp̄e ianuis clauſis ⁊c. Hec poſita ſunt ꝑpter multos ſcrupulos fratrũ: ⁊ vt p̄lati ꝓuideãt: aut ꝓuideri pcurent: q2 aliter nunq̃ quietabunt aliqui fratres: neq3 et oĩbus hijs ſatiſfiet ipſis.

Probatio nouitioꝝum.

Circa tempus probationis nouitioꝝ3 in ordine fratrũ mino.ſunt nõnulla ſtatuta ⁊ conceſſa per varios ſummos pontifices: que poſita ſunt ſupra in dictione Nouitius.§.1.⁊.4.⁊.5.⁊.16.⁊.17.⁊.20.vide ibi. Collector.

Proceſſiones.

Alexander.6.ſtatuit ꝙ fratres ordi.mi.d obſ.in pceſſiõib⁹ nõ ſeparent a frib⁹ ꝯuentualib⁹ eiuſdẽ ordinis. Et declarauit ꝙ in hmõi pceſſionib⁹ ille modus ⁊ ordo circa pcedẽtiã obſeruari debet in fratrib⁹ obſeruãtibus dicti ordinis reſpectu fratrũ alioꝝ ordinũ: q̃ in fratrib⁹ cõuentualib⁹ pdicti ordĩs obſeruat. Ita vt nulla ſeparatio vel diuiſio fiat inter hmõi fratres obſeruãtes: ⁊ ꝯuentuales.b.ffo.56.conce.67. 1 Pro fratri. mi. obſer. ⁊ ꝯuẽtualib⁹.

Leo.10.in cõcilio Lateranẽſi ſtatuit: ꝙ fratres regſiti a p̄latis eccl'iarum ad pceſſiones ſolẽnes ꝑ tp̄e faciẽdas accedere debeant ad illas: dũmodo domus: ſeu loca eoꝝũdem fratrũ: nõ ſint remota vltra vnũ milliare a ciuitatibus: vel opidis vbi faciẽda eſt proceſſio.B.ffo.25.conce.71. 2

Idem leo ſtatuit: ꝙ ne inter fratres mi obſ.⁊ ꝯuentuales ſup pcedentia: diſſenſio: ⁊ cõtentio oriat: talis inter eos ordo ſeruet: vc3 ꝙ in pceſſionibus ⁊ funeralibus ac exequijs: necnõ ⁊ in alijs actibus publicis in quib⁹ fratres obſeruãtes: ⁊ cõuentuales cõuenerint: fratres cõuẽtuales fratribus regularis obſeruãtie locum digniorem relinquere teneantur.B.ffo.32.conce.113. 3 In fauo: em fratrum mi. obſeruãtie.

Idem leo poſtea declarauit: etiam fratres mino.obſer.q̃ conuentuales in quibuſcunq3 proceſſionibus: ⁊ alijs actibus publicis in quibus eos ſimul adeſſe contigerit: ſuas cruces poſſe ⁊ debere deferre: ita tamẽ ꝙ ſicut ipſi fratres obſeruantie regularis locum digniorem inter omnes alios fratres dicti ordinis tenere debent: ſic etiam eorum cruces in parte: ſeu loco digniori proceſſionis deferri poſſint ⁊ debeant.B.ffo.36.conce.121. 4 D: pcedẽtia crucis fratꝝ mi.obſer.

Idem leo ad amouendum aliquas cõtentiones inter fratres mi.obſer.⁊ Auguſtinẽſes: ⁊ alios mẽdicãtes ſup pcedẽtia in pceſſionib⁹ exortas: declarauit ꝙ pdicti fratres mi poſt capl'm generaliſſimũ Rome tp̄e eiuſde3 Leonis celebratum habẽt ⁊ habere debent in pceſſionibus: ⁊ in ceteris actibus publicis illam preeminentiam: ⁊ locum quem ante pfatum capitulũ habebãt fratres mino.conuẽtuales. Sed in locis vbi fratres mi.conuentuales nunq̃ fue- 5 Contra fratres Auguſtinenſes.

runt ſed ſoli obſeruantes: precepit vt inter fratres mino. o. ſeruantes ⁊ alios fratres ordinū mēdicātiū ſequēs ordo obſuet. Qđ. ſ. fratres mi. obſ. ātiquū ſemp locū teneāt quē ordo ſcti Frācisci in ſilib⁹ actib⁹ tenere alibi ꝯſueuit: niſi cōſuetudo antiquit⁹ approbata ⁊ legitime obſeruata ſecus habeat. Super his aūt vt bene ſeruent dat ꝯſeruatores oēs eccl'iaꝝ platos. B. ffo. 57. ꝯce. 158.

Procuratores ſeu fratrum ſindici.

1 De inſtitutione procuratorum.

Innocentius. 4. ꝯceſſit miniſtris fratrū mi. auctoritateꝗ quaten⁹ in puincijs eis cōmiſſis: p ſe vel fratres ſuos qb⁹ id duxerint cōmittēdū: poſſint cōſtituere vl' noiare aliquos viros idoneos deū timēteſ: q ſm indigentiā cōuentuū ſeu domoꝝ pdictoꝝ fratrū: poſſint res cōceſſas fratrib⁹ hmōi auctoritate apl'ica petere: ac vēdere cōmutare: alienare: tractare: expēdere: permutare: ⁊ in fratrū vſum conuertere. Cōceſſit etiā q liceat pdictis miniſtris platos viros ſic ꝯſtitutos remouere: alioſqꝫ ad predicta exequēda ſine difficultate aliqua ſubrogare: quoties videbitur oportunum. B. fo. 29. Et ffo. 113. conce. 247.

2 Interdictū.

Clemens. 4. cōceſſit q pcuratores negociorum fratrum mi: poſſint tpe interdicti in locis predictorum fratrū audire diuina: niſi ipſi procuratores cauſam dederint interdicto: vel excōmunicari ſpecialiter: ſeu interdicti contigerit eoſdem. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 316.

3 De pcuratorū nominatione ſeu inſtitutione.

Martinus. 4. conceſſit generali ⁊ puincialibus: ac cuſtodib⁹ vniuerſis ordinis fratrū mi. q poſſint nominare aliquas pſonas que nō ſint de predicto ordine: que pſone ſic noiate habeāt (circa res cōcernētes pdictos fratres) adminiſtrationē legitimā: ⁊ generalē ac liberā. Et decreuit q tales perſone ſint veri: ⁊ legitimi adminiſtratores economi ſindici: ⁊ actores: qui res pdictas: ⁊ rerū pdictaꝝ preciū noie Romane eccl'ie recipiāt: ⁊ per eoſdē in fratrū pdictoꝝ vtilitates (put eis licet ex regula vel declaratione regule) conuertant: qñ a predictis miniſtris vel alijs fratribus: de aſſenſu eorūdem miniſtroꝝ fuerint requiſiti. Et generaliter cōceſſit q predicte perſone habeant facultatem procurandi in omnibus cauſis pro rebus ⁊ locis ad eccleſiaꝫ Romanā ſpectantib⁹: ⁊ ipſoꝝ fratrū vſui conceſſis. Necnon pro immunitatibus: libertatibus: iuribus: ac priuilegijs eorūdem fratrum: ⁊ ſuorum conuētuum: ſeu domorum. B. fo. 46. Et ffo. 129. conce. 290.

Collector. ¶ Aduertendū eſt circa predictā cōceſſionē q guardiani: etiā cū toto ſuo conuētu: nō poſſunt pdictos pcuratores vel ſindicos nominare: qꝛ hoc ſolū cōceditur miniſtris: ⁊ cuſtodibus. Et ſimiliter eſt aduertēdum q miniſtri: ſeu cuſtodes non inſtituūt predictos procuratores vel ſindicos ſed ſimpliciter nomināt ⁊ ſic nominati per illos inſtituūtur a ſummo pontificē pro procuratoribus: ⁊ ſindicis ſue ſanctitatis: ⁊ eccl'ie Romane: ad quā pertinēt res cōceſſe fratrib⁹ qñ dātes non reſeruauerūt ſibi dominiū: ⁊ qñ hmōi res ſunt tales quoꝝ vſuꝫ licet fratribus predictis habere. Unde ſequitur q reſpectu rerum in quibus dantes reſeruauerūt ſibi dominium: aut quarum vſum non licet: vel aliquādo licuit fratribus habere nihil poſſunt agere procuratores vel ſindici.

4 Indulgētie. ¶ IDEM martinus cōceſſit procuratoribus fratrū mi. in curijs eccleſiaſticis: ⁊ ciuilibus laborātes pro defenſione ordinis predictoꝝ fratrū: eccl'iarūqꝫ

ſuorum: ſingulis annis indulgentiam centum annorum. b. ffo. 260. cõce. 663

Nicolaus. 4. fecit conſimilem conceſſionem circa procuratores vel 5
ſindicos: prout fecerat Martinus. 4. in cõceſſione ſupra
poſita. §. 3. B. fo. 23. Et ffo. 107. conce. 230.

Concilium Conſtantienſe ſtatuit ꝙ generalis fratrum mi. poſſit ⁊ 6
debeat in cõuentibus ſibi ſubditis tollere quecũq; ſu- Generalis
perflua: ſiue ſint in rebus mobilibus vel immobilibus: quantum fieri poterit bo- miniſter.
no modo habito ſemper cõſilio antiquorum ⁊ diſcretorum fratrũ ſuorum. Et voluit Paupertas.
ꝙ prefatus generalis eligat (ſi opus fuerit) aliquas perſonas fideles qui predi-
ctas ſuperfluitates: auctoritate dicti concilij vendant: ⁊ commutent: aut alias
in operibus conuertant. B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 256.

Martinus. 5. litteras Martini. 4. ſuprapoſitas. §. 4. approbauit ⁊ 7
fulminauit: illas inſerendo de verbo ad verbum. ⁊ cõ-
ceſſit miniſtris ⁊ cuſtodibus: ac alijs fratribus mi. ꝙ litteris predictis: ac om-
nibus in eis cõtentis libere: ⁊ licite vti valeant tamdiu: ⁊ quouſq; per ſedem Cõtra ioãnẽ
apoſtolicam aliud in premiſſis eiſdem ordini vtilius fuerit ordinatum. Non ob papam. xxij
ſtante cõſtitutione Joannis. 22. Que incipit Ad cõditorem: per quam predictis
fratribus: ne litteris ⁊ cõceſſione prefatis: ſine ſpeciali ſedis apoſtolice licentia
vterentur: prohibitum fuerat. b. fo. 39. Et ffo. 38. conce. 42. prope finem.

¶ IDEM Martinus cõfirmauit conſtitutiones que vulgariter appellantur 8
martiniane quas quidam legatus a latere prefati pontificis ordinauerat. In q-
bus quo ad procuratores fratrũ habetur ſequens ſtatutum. ¶ Statuimus ⁊ Statutũ ge-
ordinamus iuxta declarationẽ Nicolai. 3. ⁊ Clementis. 5 ac Martini. 4. ⁊. 5. nerale.
ꝙ quilibet cõuentus ſeu locus habeat ſuum procuratorem economũ ſindicũ:
⁊ actorem: cui omnis elemoſina pecuniaria: ⁊ alia que ad pecuniã reduci poſ-
ſunt integraliter aſſignentur. Qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter: ⁊ fideli-
ter pro reparatione conuentuum ⁊ locorum. Ac alias quoq; neceſſitates fratrũ
pro tẽpore occurrentes. Et infra. In omnibus autem que vltra hoc magis vi-
dentur artari fratres ſiue ex declaratione Clementis ſiue quacũq; alia declara-
tione ſummorum pontificum: vel aliorum quorũcunq;: apoſtolica nobis auctori-
tate cõmiſſa miſericorditer diſpenſamus. Non aſtringentes eos propterea q vo-
luerint predictas declarationes ſeruare: quin ſuo voto ſatiſfacientes: ſeruare
valeant: ⁊ tenere. Habetur hoc. fo. 233. trac. 3. Cõfirmatio autem huiuſmodi
ſtatuti: ⁊ conſtitutionum exiſtit. b. fo. 38. Et ffo. 36. conce. 41.

¶ Aduertẽdum ⁊ notandũ eſt ꝙ huiuſmodi ordinatione: ac diſpenſatione vtũtur Collector.
fratres mi. obſer. partium italie: qui prefatas conſtitutiones acceptauerunt:
necnon ⁊ bullam Martini. 4. ſuper poſitam. §. 3. Et ideo ipſi omnem elemo-
ſinam pecuniariã: ⁊ alia ad pecuniã reducibilia: aſſignãt huiuſmodi procuratoribus
ſeu ſindicis tanquam nuntijs nominatis per papã qui nomine pape tenent dictã
pecuniã pro fratrũ neceſſitatibus ſuo tẽpore expendendã. Sed fratres hiſpa- Nota.
ni: ⁊ galli: ac alemani qui obſeruanter viuunt: quia predictã diſpẽſationẽ nõ ac-
ceptauerũt: vtuntur ſindico ſolũ ⁊ preciſe ad hoc vt ſi aliquid ſuperfluum vel in-
utile in conuentu fuerit inuẽtum: vtputa ſi mulus aut aſinus ſenuerint: ſiue
aliquid aliud quod vno tempore fuit neceſſarium: ⁊ poſtea non eſt: imo oportet vẽdi
aliquid predictorum. tunc prefatus procurator nomine pape cuius eſt ſindicus
vendat: ⁊ preciũ in alias neceſſitates fratrũ conuertat. Et de iſto ſindico locu-

tus eſt Nicolaus .3. in declaratione regule dicẽs debere dari a papa: vel a protectore ordinis. Et taliter vti ſindicis eſt regulã pure obſeruare. Et talem nõ habere: eſt periculo ſe cõmittere. Uix enim reperiet aliquis cõuentus ſeu loc^ fratrum mi. qui aliquãdo non indigeat vt aliquid vẽdatur ꝛ renouetur. Et ſi dicas ꝙ poterit vendi: ꝛ pecunia recipi ꝛ expendi per aliquẽ amicum ſpiritualẽ qui non ſit ſindicus pape: dico ꝙ hoc nequit fieri ſine tranſgranſſione voti paupertatis. Quia tunc ille amicus ſpiritualis facere predicta auctoritate fratrum: ꝛ ſic eſſet interpoſita perſona: ex quo papa pro hmõi rebus quarũ dominium pertinet ad ipſum ꝛ ſedẽ apoſtolicã ordinauit ſuũ ſindicũ: ꝛ non reliqt hoc voluntati fratrũ. Dico etiã ꝙ talis amicus ſpiritualis in ſupradicto caſu cõmittere: fratrũ contractando rẽ alienã inuito dño .ſ. papa. ¶ Aliq tñ fratres vtuntur hmõi procuratore vel ſindico in oĩbus contentis in bulla ſupradicta Martini .4. ꝛ .5. excepto in petitione: ac receptione elemoſinarũ ꝛ denariorum ſeu pecuniarũ aliter obuenientiũ ꝙ̃ per teſtamenta: vt faciendo petere ea que ꝑ habitibus pro defunctis acceptis vel pro celebrandis miſſis fuerunt premiſſa ꝛc. Sed tales vtuntur diſpenſatione cõtra declarationẽ Nicolai .3. quam ſicut ꝛ regulam obſeruare tenentur: cum ſm iura: declaratum ꝛ declaratio ſint idem. Et preſertim (qꝛ vt ſupradixi) non fuit acceptata predicta diſpẽſatio: niſi in partibus Italie. Unde contra talia preſumentes factum eſt quoddam ſtatutum in capitulo generali in conuentu Lauallis prouincie Turonie celebrato Anno domini .1503. ſub forma ſequenti.

Statutũ generale. ¶ Deponantur omnes guardiani: ꝛ pena proprietarij puniantur qui ratione debiti cuiuſcunq; ſeu aliorum bonorum temporalium fecerint excõmunicari ſeu detineri vel vexari quoſcũq; ſeculares. Subditi vero qui talia pcurauerint: pena proprietarij puniantur: ꝛ de conuentu confuſibiliter expellãtur. fo. 230. tracta. 3. Et ffo. 249. in tracta. 2.

Collector. ¶ Aduertẽdũ eſt inſuper ꝙ extra caſum quo aliquid cõceſſum vſui fratrũ eius dñium attinet ad papã ꝺꝫ vẽdi: nõ indigent fratres hmõi pcuratore: vel ſindico. Et in caſu ꝙ heredes vellẽt defraudare eos legatis i teſtamẽtis: habẽt duplex remedium: prout poſitũ eſt ſupra in dictione Hereditas in fine cõceſſionum. Qui autẽ latius videre voluerit materiã hanc procuratorum: ꝛ ſindicorum reperiet eã optime diſcuſſam ꝛ elucidatã in tractatu intitulato Speculũ fratrũ mi. ppe finẽ additionũ articuli .5. declarationis Nicolai .3. Et in additionibus articuli .11. Uide ibi ac nota bene: ꝛ ſic in hac materia non errabis.

9 **Eugenius.** 4. litteras predictoꝝ Martini .4. ꝛ .5. de verbo ad verbum in ſuis litteris inſeruit: decernens ꝙ hmõi litteris eadem fides adhibeatur vbicũq;: ſicut originalibus litteris predictoꝝ põtificum adhiberẽtur ſi oſtẽſe forent. Noluit tñ vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur predictis fratribus ſed ꝙ antiquũ ius (ſi quod habebant) tantum modo eis conſeruaretur. b. fo. 40. Et ffo. 38. concc. 41. in fine.

10 **Sixtus.** 4. approbauit ꝛ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit litteras ſuorum predeceſſorum circa procuratorum ꝛ ſindicorum nominationem: ꝛ inſtitutionem: ac illorum auctoritatem. Et inſuper ampliauit predictorum procuratorum auctoritatem quo ad aliqua que non attinent ad fratres mino. obſeruantes: quapropter nõ oportet hic illa referre. B. fo. 62. Et ffo. 146. concc. 356.

Pro fribus mi. q̃uẽtua.

Innocentius. 8. cceſſit vt procuratores fratrū mi. eorūq; ſubſtituti liberi, parētes, fratres, ſorores: ⁊ vxores eoꝝ poſſint promereri indulgentias ſtationum, ⁊ alias fratribus pdictis conceſſas: dicendo in eccleſijs hmōi fratrum quinq; Pater noſter: ⁊ totidē Aue maria pro felici ſtatu Romane eccleſie. o. fo. 65. Et. ffo. 70. conce. 162. 11 Indulgētie

Julius. 2. conceſſit cuidam generali fratrum mi. conuētualium: quod predicti procuratores vel ſyndici poſſint ⁊ debeāt adminiſtrare bona relicta fratribus pdictis vel monialibus. s. clare: ac fructus ⁊ redditus ex illis puenientes conuertere in vſus ⁊ neceſſitates fratrū ſeu monialiū hmōi reſpectiue. Multa etiam alia concedit ibidem: ſed quia non deſeruiunt fratribus obſer. omittuntur. b. ffo 59. conce. 71. 12 Pro fratribus conuentualibus.

Profeſſio fratrum mendicantium.

¶ Circa profeſſionis emiſſionē in ordinibus fratrū mēdicantiū factā vel fiendā: ſunt multa ⁊ varia cōceſſa per multos ſummos pōtifices: que poſita ſunt ſupra in dictione Nouicius. §. 1. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 13. ⁊. 16. vſq; ad. 20. Collector.

Promotio ad ordines.

¶ Quo ad pmotionē ad ordines ſacroꝝ: preſertim ad ſacerdotiū: fecerunt alij qui ſummi pōtifices aliquas conceſſiones ⁊ diſpenſationes in fauorē fratrum minoꝝ: ac nōnulla alia pertinentia ad promotiones conceſſerunt. Sed q2 hec poſita ſunt in dictione Ordines ſacri: in multis. § ideo ſuperfluū foret illa hic repetere. Vide etiā in dictione Diſpenſatio. §. 11. ⁊. 12. ⁊. 13. ⁊c. 20. Collector

Protector ordinis.

Gregorius. 9. diſtricte inhibuit ne cardinalis ptector ordinis fratrū mino. ſe intromittat in rebus pertinētibus ad officia ⁊ gubernationē ſeu correctionē fratrū dicti ordinis: niſi qñ predicti fratres: aut aliqui ipſorum aliquid cōmitterent contra tres articulos in regula predictoꝝ fratrum contentos: vcz qñ deuiarent ab vnitate fidei: vel ab obedientia romane eccleſie: aut ab obſeruantia ſue regule. Ita qḋ dictus ordo ⁊ frēs eiuſdem ordinis in nullo ſint ſubiecti ptectori huiuſmodi: niſi dūtaxat in caſu quo ipſoꝝ fratrū communitas: vel generale capitulum (quod abſit) a predictis articulis: vel eorum aliquo deuiarent. Decreuit etiam irritum ⁊ inane quidquid ſecus factum fuerit. ¶ Statuit inſuper quod fratres predicti ordinis recurrentes ad protectorem tanquā ad prelatum: pro licentijs vel alijs conſimilibus: puniantur grauiter: ⁊ actibus legitimis: ⁊ officijs ordinis ſint ſuſpenſi ipſo facto. B. ffo. 137. conceſſione. 304. 1 Officia ordinis. Correctio Nota.

Sixtus. 4. approbauit litteras ſupradictas Gregorij. 9. inſerendo illas de verbo ad verbum: ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit: ac etiam declarauit: quod nec adhuc in prefatis tribus caſibus habeat auctoritatem prefatus protector: quando non vniuerſi ſed ſolum aliqui p dicti ordinis profeſſores: in quouis numero: a fidei vnitate: ac ſacroſancte romane eccleſie obedientia deuiarent: vel regulam prefatam non obſeruarēt. B. ffo. 138. conce. 304. 2 Declaratio precedentis cceſſionis.

5 Pꝛo monia li.s. Clare.

Vrbanus. 4.ſtatuit: ꝙ moniales ſancte Clare ſint ſubdite cardina li qui pꝛo tempoꝛe fuerit pꝛotectoꝛ oꝛdinis fra.rum min. ⁊ illi teneantur firmiter obedire. Et ꝙ hmõi pꝛotectoꝛ habeat curam ⁊ regimẽ dicti oꝛdinis ſancte Clare: necnon ⁊ perſonarum inſiſtentium ſeruitijs mona ſterioꝛu in huiuſmodi oꝛdinis: ſcilicet capellanoꝛum: oblatoꝛum: ⁊ familiariũ. b.fo.291.in tracta.3.Et.ſſo.319.tractatu.2.

4 De ingreſſu mona.s.cla.

Martinus. 5.ſtatuit ꝙ pꝛefatus pꝛotectoꝛ non poſſit vllo modo da re licentiam aliquibus perſonis: ad ingrediendum mo naſteria ſancte Clare: inconſulto romano pontifice: ſeu abſqꝫ ſedis apoſtolice licentia ſpeciali .b.ſſo.36.conce.41.

5 Pꝛo monia li.s.clare.

Julius. 2.cõceſſit vt pꝛuinciales fratrũ mi. habeãt eãdẽ poteſtatẽ: ⁊ fa cultatẽ circa moniales.s.clare illoꝝ cure cõmiſſas quã Vrba nus.4.ĩ regu. pꝛedictaꝝ monialiũ cõmiſit pꝛotectoꝛi dicti oꝛdĩs. B.ſſo 72.9.220

Collectoꝛ. ¶ Aduertendũ eſt ꝙ hmõi poteſtas pꝛotectoꝛis debet intelligi ſicut poſtea fuit reſtricta per Martinũ.5.vt dictũ eſt ſupꝛa immediate: quãuis aliqui min⁹ do cti: aliter opinati fuerint. Et adhuc poſſet nõ immerito dici ꝙ pꝛefata conceſ

Nota. ſio Julij fuit ſubrepticia: ⁊ per conſequens nullius valoꝛis: quia in relatione non fuit expꝛeſſum qualiter pꝛedicta poteſtas pꝛotectoꝛis ab Vrbano conceſſa fuerat poſtea reſtricta per Martinum.5. Foꝛſitan enim ſi hoc fuiſſet expꝛeſſum non conceſſiſſet ille generaliter ⁊ abſolute: pꝛout conceſſit.

Pꝛouincialis.

Collectoꝛ. ¶ De multis attinẽtib⁹ ad pꝛuinciales fratrũ: dictũ eſt ſupꝛa ĩ dictiõe Miniſtri.

Pꝛouincia.

7 Pꝛohibitio multiplica tionis pꝛuin ciarum.

Nicolaus. 4.ſtatuit ⁊ oꝛdinauit ac diſtricte ſhibuit: ne in oꝛdine fratrũ mi. fiat diuiſio alicuius pꝛo uincie vel nouarum pꝛouinciarũ multiplicatio abſqꝫ romani pontificis licentia ſpeciali: per eius patentẽs litteras conceden da: faciẽte plenã ⁊ expꝛeſſam de hmõi ſtatuto ⁊ oꝛdinatione ac ĩ hibitione mẽtionem. Decreuitqꝫ irritum ⁊ inane ſi ſecus ĩ hac parte contigerit attentari, B.fo.55 ct.ſſo.136.conce.303.

2

Julius. 2.fecit duo ſtatu a circa edificationẽ domoꝝ oꝛdi.fra.mi.ĩ abſe n̄is pꝛui ijs q̃ hñtur in dictione Edificare.§.11.ct.12. vide ibi.

Quarta poꝛtio.

Collectoꝛ. ¶ Circa quartã poꝛtionẽ: qualꝛ nõ teneat̃ fra.mi.ad illi⁹ ſolutionẽ facte ſunt multe cõceſſiões pꝛedictis fribus: ac etiã alijs mẽdicãtib⁹: iter quas potioꝛ vide tur illa q̃ facta eſt fratrib⁹ carmeli. vt habet̃ ſupꝛa in dictiõe Canonica poꝛtio §.8. Et ĩ eadẽ dictiõe hñr oĩa q̃ circa quartã reperiũtur cõceſſa a varijs ſũmis põtificib⁹. Vide ibi in oib⁹.§.vbi ĩ margine eſt appoſita hec dictio Quarta.

Queſtuare.

1 Pꝛedicato res.

Gregoꝛius. 9.pꝛecepit vniuerſis eccleſiarũ pꝛlatis: qua ten⁹ ſi in ſuis iuriſdictionibus inuẽti fue rint aliqui pꝛedicãtes: ⁊ queſtum pecuniarum querentes: de oꝛdĩ

ne fratrũ minorũ ſe eſſe dicentes: capiant illos: ⁊ tanquã falſarios cõdemnent
eoſdem; ne religio predictorũ fratrũ (qui paupertatẽ profeſſi ſunt) per hoc infa
mari contingat. B.fo.25. Et.ffo.109.conce.234.

Calixtus. 3. Prohibuit ſtricte ſub excommunicationis pena: ne fra- 2
tres mi. conuentuales ſub nomine fratrum mi. obſeru. nec De fratrib⁹
econtra: aut ſub nomine locorum aliorum queſtuare aliquo modo preſumãt. mi. obſer. et
B.fo.6. Et.ffo.90.conce.197. prope finem. conuen.

Recipere.

¶Diſtinctio materie infraſcripte.

¶Aduertendũ: q̃ licet ad hãc dictionẽ Recipere: poſſint reduci multa priuile- Collector
gia: tñ q: iã ſupius in varijs dictionib⁹ poſita ſunt: ſufficiet hic illa diſtingue-
re: ⁊ ad propria loca remittere. De multiplici nãq; receptiõe fit mẽtio in predi
ctis priuilegijs. ¶Et primo de receptione fratrũ ad habitũ ⁊ ad profeſſionẽ.
De hoc aũt habetur in dictiõe Nouicius: in multis. §. ¶Scdo quo ad bona
nouiciorũ: ⁊ apoſtatarũ redeuntiũ ad obedientiã: quid poſſint de hmõi bonis re
cipere fres pdicti; cõtinetur in dictiõe Nouicius §.10.⁊.15. Et in dictiõe Bo
na.§.12. Et in dictione Hereditas.§.2.⁊.4. ¶Tertio qualiter fratres in ordi-
ne mi. profeſſi nequeant recipi a fratribus aliorũ ordinũ: dictũ eſt in dictione
Abbas: ⁊ in dictione Apoſtate: in multis.§. ¶Quarto circa receptionẽ ſacra
mẽtorũ: qui: quãdo: ⁊ quomodo poſſint ea recipere a fratribus prefatis: dictũ
eſt in dictione Cõmunicare.§.3.⁊.4. ac fere in reliquis.§. ibi contentis. Et in
dictione Sacramenta. ¶Quinto qualiter prelati eccleſiarum teneantur recipe
re predictos fratres. ponuntur ſequentia.

Honorius. 3. precepit in principio ordinis plãtis eccle- 1
ſiarũ quatenus fratres mi. cum ad eos de
clinare contigerit: recipiant eos ſicut catholicos ⁊ fideles: ac eis
ob reuerentiam diuinam: ⁊ ipſius põtificis: ſe exhibeant fauo
rabiles ⁊ benignos. b.fo.18. et.ffo.22.conce.1.

Gregorius. 9. pcepit ſimiliter eccleſiarũ platis: quatenus fratres 2
mi. ad eos accedentes reciperẽt benigne: ac charitati-
ue (vt pote catholicos ⁊ fideles: ac circa lucrũ aĩarũ ⁊ euãgelizationẽ verbi dei
inſiſtẽtes) tractarent: eiſq; in ſuis neceſſitatibus fauorabiles ⁊ propicij exiſterẽt
credẽdo firmiter: ac de ipſis certam habendo fiduciam q̃ cum ſpiritu viuãt
ſpiritu ⁊ ambulant. b.fo.20. et.ffo.22.conce.5.

Reformare.

¶Diſtinctio materie infraſcripte.

¶Circa reformationẽ fratrum conuẽtualiũ ⁊ ſuorũ conuentuũ: ac etiam mo Collector
nialiũ ⁊ monaſteriorũ ſue cure cõmiſſorũ: fuerũt multa ⁊ varia diuerſis tẽpori
bus p multos ſummos pontifices ordinata. Sed q: modernis tẽpibus aliqua
ſunt ſta nta q̃ ſolũ quãtũ ad hmõi reformationẽ obſeruari de
bent: ideo hec tantum ponentur infra: reliquis omiſſis. 5

Sixtus. 4. ſtatuit q̃ plati fratrum cõuentualium ordinũ De fratrib⁹
mendicantiũ: teneãtur debite reformare monaſte- conuentu. ⁊
ria ſibi ſubdita: tam fratrum q̃ monialiũ: infra annũ poſtquã monial. b⁹.

requiſiti fuerint. B. ffo. 149. conce. 487.

LEO. 10. in bulla vnionis ſtatuit: ꝛ in virtute ſancte obedientie ꝑcepit ꝙ de cetero nulle noue reformationes in ordine fratrũ mi. introducantur: aut fiant: abſqꝫ miniſtri generalis: aut prouincialiũ miniſtrorũ reformatorum in ſuis prouincijs reſpectiue expreſſo aſſenſu. Ita tamen ꝙ dicte reformationes miniſtro generali ꝛ prouincialibus reformatis: per omnia iuxta regulam ſubijciantur. B. ffo. 30. conce. 101.

5 ¶ IDEM leo in bulla concordie ſtatuit multa circa reformationem domorũ ꝛ fratrum mi. conuentualium: que poſita ſunt ſupra in dictione Conuentuales fratres. §. 1. et. 2. et. 3. et. 5. et. 8. Uide ibi.

Reuocare.

Collector ¶ Quo ad reuocationem priuilegiorum dicta ſunt aliqua: non parui momẽti: ſupra in dictione Priuilegia. §. 4. et. 5. ꝛ. 12. et. 21. ac. 23. Uide ibi ꝛ attẽde ad queſtiones poſitas in fine.

Sacerdotium.

Collector ¶ De attinentibus ad ſacerdotium habetur ſupra in dictione: Ordines ſacri. in. §. 3. et. 4. et. 6. vide ibi.

Sacramenta.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector ¶ Aduertendum ꝙ circa adminiſtrationẽ: ꝛ receptionẽ ſacramentorũ eccleſie ſunt plura in priuilegijs fratrũ mi. contenta: que ſubſequenti ordine diſtinguũtur. ¶ Primo enim ſunt aliqua pertinẽtia ſolũ ad fratres inter ſe: preſertim ꝑ tempore interdicti. Et hec poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum. 1. ꝛ in dictione Cõicare. §. 8. Ac quo ad moniales ibidẽ. §. 11. ¶ Secundo ſunt aliqua pertinentia ad ſuos tertiarios ꝛ famulos: ſeu oblatos: ꝛ familiares. Et hec habentur etiam ſupra in dictione Interdictum. 5. Et in hac dictione Sacramenta. §. 2. ¶ Tertio ſunt plura concernentia perſonas ſeculares. Iſta autem continẽtur in dictione Cõicare. §. 1. ꝛ. 2. ꝛ. 3. ꝛ. 4. ꝛ. 6. ꝛ. 8. in fine: ac. 10. Et in hac dictione Sacramenta. §. 1.

1

Eucharistia. Unctio extrema. Abſolutio **BEnedictus.** 11. ſtatuit ꝙ ſacerdotes ſeu rectores eccleſiarũ parrochialiũ: ſint aſtricti miniſtrare euchariſtie ꝛ extreme vnctionis ſacramenta illis pſonis q̃ a fratribus fuerint abſolute. Et ſup confeſſiõe ꝛ abſolutiõe hmõi voluit ꝙ in foro penitẽtiali ſtetur ſimplici verbo illius q petit ſacramẽta pdicta: ꝛ aſſerit ſe cõfeſſum fratrib⁹: cũ hic de cõfitẽtis ſolius preiudicio: ſi falſum dicat agatur. Duos tñ caſus excepit. ſ. ſi ſacerdos aſſerat eum excõicatum: aut notorie peccatorem. B. fo. 126. et ffo, 203. conce. 502.

2

De tertiarijs ꝛc. i ꝓprijs domibus viuentibus **LEO.** 10. ſtatuit in concilio Lateranenſi: ꝙ fratres ꝛ ſorores tertij ordinis: necnon mantellati ꝛ corrigiati ac cordellati in proprijs domib⁹ habitantes: teneãtur in die paſchatis tantũ eucharistiã: necnon extremã vnctionem: cetera qꝫ eccleſiaſtica ſacramenta (penitẽtie ſacramento dumtaxat excepto) a proprio ſacerdote recipere. B. ffo. 26. conce. 86.

3

Ex priuileg. **INnocentius.** 4. fecit quãdã copioſaꝫ ꝯceſſionẽ fratrib⁹ auguſtineñſib⁹ circa hmõi materiã ſacramẽtorũ: ꝓut habe

tur ſupra in dictione Eccleſie fratrum. §. 2. vide ibi. auguſtinen.

Scrupuloſi fratres.

¶ Circa fratres ſcrupuloſos ſunt nõnulla conceſſa: Et ex hijs quedã ſunt generalia quo ad oẽs. ſ. qualiter prelati poſſint in ſcrupulis tãgentibus conſciẽtias hmõi fratrũ declarare τ determinare: τ ſic ſubditi declarationi: τ determinationi hmõi ſecura cõſciẽtia ſtare: Hec aũt poſita ſunt ſupra in dictione Declarare dubia. §. 5. τ. 6. ℭ Alia ſunt ſpẽalia circa offm̃ diuinũ. Et iſta habent etiã ſupra ĩ dictiõe Officiũ diuinũ in multis. §. pſerti in. §. 16. τ. 17. τ. 18. τ. 20. Collector.

Sepelire et Sepulture.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

ℭ Circa ſtatuta τ conceſſa quo ad ſepulturas τ ſepellitionẽ eſt aduertendum: q̃ quedã cõcernunt oẽs ſeculares perſonas. Alia τ̃o ptinẽt ad familiares fratrum vel germanos ordinis. Reliqua reſpiciũt preciſe eoſdem fratres. ¶ Ea q̃ concernũt ſeculares ſubdiuiduntur: q2 aliqua tãgunt libertatẽ ſepulture in eccleſijs fratrũ: τ delationẽ defunctoꝝ ad eaſdẽ. Hec autẽ ponuntur in. §. 1. τ. 3. τ. 4. τ. 5. τ. 6. τ. 7. τ. 13. Alia reſpiciunt ſepelitionem cum habitu fratrum. Et iſta ptinent in. §. 8. τ. 9. τ. 10. τ. 11. τ. 14. ¶ Illa vero q̃ ſpectãt ad familiares fratrum: habent in. §. 2. τ. 16. ℭ Qd autẽ tãgit pſonas fratrũ habet in. §. 12. Collector.

Innocentius. 4. cõceſſit vt in eccleſijs fratrũ mĩ. ſit libera ſepultura: ita q̃ null⁹ valeat impedimentũ pſtare quominus poſſint oẽs volẽtes ibidẽ libere ſepeliri. Salua tñ iuſticia eccleſiaꝝ prochialiũ. b. fo. 22. Et ffo. 23 1 Pro oibus ſecularibus

ℭ Aduerte q̃ qualiter intelligãtur predicta libertas τ iuſticia eccleſiarum: declaratur infra Sixto. 4. in. §. 7. Collector.

Clemens. 4. cõceſſit fratrib⁹ mĩ. vt eosq̃ i ſuis imorant obſequijs poſſint (cũ deceſſerint) in cemiterijs ſuarum eccleſiarũ ſepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315. 2 Pro familiaribus fratrũ

¶ IDEM Clemens conceſſit q̃ in eccleſijs fratrũ mĩ. ſit oibus libera ſepultura: vt eoꝝ deuotioni τ extreme voluntati illoꝝ qui ſe illic ſepelire deliberauerint nullus obſiſtere valeat: niſi excõicati, aut interdicti vel publici vſurarij fuerint. Salua tamen iuſticia eccleſiarum illarum a quibus corpora defunctorum aſſumuntur. B. fo. 58. Et ffo. 141 conce. 336. 3 Pro oibus ſecularibus

¶ Aduerte infra quomõ Sixtus declarauit pdictã iuſticiã eccleſiaꝝ in. §. 7. Collector.

¶ IDEM Clemẽs diſtricte inhibuit vt nulli religioſi vel ſeculares pſumant: ſine aſſenſu τ volũtate fratrũ mĩ. aliquoꝝ defunctoꝝ corpora in ſuis cemiterijs ſepelire. Nec etiã in eccljs pdictoꝝ fratrũ (ipſis inuitis) audeãt miſſarum ſolẽnia vel exequias p aiabus eoꝝ q ad hmõi loca tumulandi deferuntur celebrare. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 336. 4 Prohibitio. Miſſas.

Martinus. 4. cõceſſit oib⁹ ſepeliẽdis in eccljs ſeu clauſtris τ cemiterijs fratrũ mĩ. idulgẽ. 40. ãnoꝝ. b. ffo. 260. pce. 664 5 Indulgẽtia.

Sixtus. 4 declarauit ſupraſcriptã conceſſionẽ Clementis. 4. ſ. q̃ fratres mĩ. habeant in eccleſijs ſuis liberam ſepulturam: ſic debere intelligi: q̃ frẽs predicti nulli⁹ ſup hoc petita licẽtia: poſſint cũ cruce proceſſionalr ĩgredi parrochias in qb⁹ fuerint corporã defunctoꝝ: ac corpora ipa 6 De ingreſſu parrochiaꝝ.

ad eoꝝ eccleſias ſepeliendã deferre: vbi hoc fieri conſuetum foret: vel quando presbyteri parrochiales requiſiti id facere recuſauerint. Et voluit ꝙ nec ꝑdicti fratres: nec cõſanguinei defunctoꝝ: poſſint cogi (etiã pretextu cuiuſuis cõſuetudines) ad deferendum prius hmõi corpora ad eccleſias parrochiales: aut ad alia loca: ⁊ inhibi: ante: vel poſt ſepulturã aliqua diuina officia ꝓ eiſdẽ defunctis celebrare: aut celebrari facere. B.fo.60. Et ffo.143.conce.346.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ circa hoc facta eſt quedam moderatio in concilio Lateranenſi: prout infra ponitur. §.13.

7 ¶ IDEM Sixtus declarauit ꝙ iuſticia parrochialiũ eccleſiaꝝ: de qua in litteris Clementis facta eſt mẽtio ſupra. §.3. id eſt canonica portio: tunc habet locum duntaxat reſpectu dictoꝝ fratrum mi. quãdo in eoꝝ eccleſijs ſeu cemiterijs corpora defunctoꝝ ſepeliũtur. Sed ſi nõ apud hmõi loca fratrũ: ſed apud aliorum ordinũ mendicantium pfeſſores ſepeliantur: decreuit ꝙ ex hijs ꝙ ad fratres mi. predictos: apud quos tunc corpora defunctoꝝ nõ ſepeliũtur de bonis defunctoꝝ quomodolibet obuenient quouis particulari vel vniuerſali titulo: directe: vel per obliquum: nullam canonicam portionem dare teneãtur. B.fo.60. Et ffo.143.conce.346.

De iuſticia ecclia parrochialium.

Canonica portio.

8 ¶ IDEM Sixtus decreuit ꝙ illi qui cum habitu fratrum mi. aut ſororum tertii ordinis elegerint ſepeliri: tales in eccleſijs vel cemiterijs ꝑdictoꝝ fratrũ: vel ſororum ſepeliantur: etiam ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam: niſi de licẽtia expreſſa ⁊ aſſenſu fratrum domus ſeu conuentus illius loci: vbi tales deceſſerint. B.fo.60. Et ffo.144.conce.350.

Habitur fratrum.

Collector. ¶ Uide infra qualiter Leo.10. in concilio lateranẽſi aliter ſtatuit. §.13.

9 ¶ IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionẽ ſicut imediate ſuprapoſitã fratribus Carmelitanis: ⁊ excommunicauit contradictores eiuſdẽ cõceſſionis. B.fo.99. Et ffo.182.conce.444.

Excõicatio.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi excommunicatio iam non ligat propter decretũ concilij Lateranenſis poſitum infra. §.13.

10 ¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ꝙ nullus valeat dare predictum habitum fratrum ad ſepeliẽdum aliqs perſonas: niſi guardianus domus loci in quo talis decedere cõtigerit: aut alij prelati ſuperiores: vel illi cui ipſi duxerint cõmittendũ duntaxat: ⁊ non alius quauis auctoritate vel prelatione fungatur. Et ſimiliter ſtatuit ꝙ prefati (quibus cõmittit auctoritatem dandi predictum habitũ) teneantur declarare recipientibus ꝙ apud eorundem fratrum eccleſias debẽt cum obierint ſepeliri. B.fo.65. Et ffo.149.conce.364.

Habitus fratrum.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ vt colligitur ex litteris predicti Sixti: vbi ſupra: poſſunt prefati quibus cõmittit auctoritatẽ dandi predictum habitũ: dare illũ non ſolũ his qui moriuntur in locis vbi morantur fratres: ſed etiam alijs qui intra illorũ guardianias deceſſerint.

11 ¶ IDEM Sixtus ſtatuit ꝙ corpora volentiũ cum ꝑdicto habitu ſepeliri: deferantur ad ſepulturam ſine alio pallio vel tegumento ſuper impoſito. Non obſtante quacũqꝫ ordinatione vel ꝓhibitione ordinarioꝝum locoꝝ: etiã ſub cenſuris facta. B.fo.65. Et ffo.149.conce.364. in fine.

Habitus fratrum.

12 **Julius.** 2. conceſſit fratribus mi. ꝙ ꝺ tpe interdicti ordinaria auctoritate appoſiti: poſſint corpora fratrũ decedẽtiũ eiuſdẽ ordĩs publice ſepelire: ꝑut late poſitũ eſt ſupra ĩ dictiõe Interdictũ. i.in. §.9. vide ibi.

Pro fratribus tantum

¶ IDEM iulius.2.fecit aliā cōceſſionē p2o familiarib⁹ fratrū minimoꝝ qui eligūt ſepeliri in eccliis pdictoꝝ fratrū:ꝓut habet in dictiōe Familiares.§.7. 13 P2o fa. fra.

Leo. 10.in cōcilio Lateranēſi ſtatuit ꝙ fratres quoꝛūlibet o2dinū nō poſ ſint itrare parrochias cū cruce ad leuāda co2po2a defunctoꝝ q apd eccliās domoꝝ eoꝛūdē fratrū ſuā elegerint ſepulturā:niſi prius pmonito:ꝛ re quiſito:ac recuſante parrochiali p2ſbytero.Et tūc ſine illius:ac o2dinarij p2eiu dicio:niſi eiſdē fratribus ſup hoc antiqua cōſuetudo:q̄ ſit in viridi obſeruā tia:ꝛ cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur.B.ſſo.26.conce.76. 14 P2ohibitio ingreſſus fra trum in par rochijs.

¶ Idē leo vbi ſup a ſtatuit:ꝙ volētes ſepeliri cū habitu fratrū:ſi nō ſint pſo ne i clauſtro eoꝛūdē frm degētes:ſed in pp2ijs domib⁹ habitātes:poſſint in coꝝ vltima volūtate:ſiue teſtamētis ſepulturā ſibi libere eligere.B.ſſo.26.cōc.77 15 Habi⁹ frm.

¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ plati pdinis mi.poſſint in ſuis eccliis:ꝛ capellis ex humare co2po2a defunctoꝝ:ꝛ ad alias ſepulturas in eiſdē eccliis ſuis trāſfer re:de conſenſu tū illoꝛum quoꝛum intereſt.O.ſſo.58.conce.162. 16 Exhumare.

¶ Ex p2iuilegijs fratrum p2edicatoꝛum.

Joannes. 23.cōceſſit fratribus o2dinis p2edicatoꝛū de gratia ſpecia li ꝙ confratres:ꝛ germani p2efati o2dinis poſſint ſepeliri tempo2e interdicti in eccleſia:vel cimiterio p2edictoꝛum fratrum:niſi fuerint excōmunicati publice vel nominatim.b.ſſo.95.conce.306. 17 P2o germa nis o2dinis.

¶ Aduerte ꝙ qualr pdicta ꝯceſſio ſit itelligēda dictū eſt in dictiōe Indulgētie quo ad ſeculares.4.in fine Et in dictiōe Interdictū.§.9.Uide ibi:ꝛ nota bene. Collecto2.

Seruito2es fratruꝫ: et ſeruitrices monialium.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Aduertēdū ꝙ reſpectu ſeruitoꝝ fratrū ſunt nōnulla cōceſſa:ꝛ ſtatuta:q̄ poſi ta ſunt ſup2a in dictione Familiares frm.¶ Quo ad ſeruitrices vero monia liū:qualr.f.poſſint ingredi monaſteria monialiū qbus ſeruiūt:habet ſup2a i dictione Ingredi monaſteria monialiū.§.13.¶ Sed quo ad illa que ꝯcernūt eoꝝ abſolutiōem:habet in dictione Abſolutio o2dinaria quo ad fratres.§.8. ¶ Nonnulla alia ad hmōi perſonas ſpectantia ponuntur hic infra. Collecto2.

Sixtus. 4.ſtatuit ꝙ ſeruitrices mōialiū ſancte Clare po2 tent veſtimēta honeſta:iuxta diſpoſitionē:ꝛ o2di nationem generalis fratrum mi.o.ſſo.67.conce.105. 1 De ſeruitrici bus monia.

¶ IDEM ſixtus conceſſit ꝙ illi qui ſunt in ſeruitio fratrū mi noꝝ:ꝛ ſoroꝛum ſancte Clare:habeant indulgentiaꝫ plenariā in mo2te:ac ſemel in vita de reſeruatis.o.ſſo.66.conce.96. 2 Indulgētie.

¶ IDEM ſixtus ꝯceſſit ꝙ ſuitrices monialiū.S.Clare poſſint pmereri cēs indulgētias ſtationū Rome:ꝛ po2tiūcule ꝯceſſas fratrib⁹ mi.dicēdo qnqꝫ Pr nr:ꝛ totidē Aue ma.cū glia pri.i eccliis pdictaꝝ monialiū.o.ſſo.67.cōce.114 3 P2o ſeruitri cib⁹ monia.

Simonia.

¶ Diſtinctio materie ſimonie.

Circa ſimoniā cōtinent aliqua in p2iuilegijs fratrū mi.ꝓut ſequent. Et p2imo qualiter poſſint fratres mi.abſoluere a ſimonia:habet ſu p2a in dictiōe Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.5. ¶ Itē quomodo p2edicti fra tres poſſint vti caſibus eiſdē cōceſſis ab epis ſimoniacis:habetur in dictione Collecto2.

Abſolutio quo ad ſeculares.1.in.§.6. ¶ Scdo qualiter moniales q̄ neſciunt diſcernere inter intentionem primariam que cauſat ſimoniam ⁊ ſecundã: nõ incurrant eam: continetur ſupra in dictione Moniales.§.15.⁊.16.

Sorores tertij ordinis.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. ¶ Quo ad ſorores tertij ordinis ſanctiſſimi patris Frãciſci ſunt multa conceſſa: ⁊ ſtatuta in priuilegijs fratrum mino. Iſtorum autem aliqua que pertinent ad ingreſſum ſuorũ monaſteriorũ: habentur ſupra in dictione Ingredi monaſteria monialiũ.§.12.⁊.21. ¶ Alia multa que ſunt eis cõmunia cũ monialibus ſancte Clare: poſita ſunt in dictione Moniales. ¶ Reliqua vero que ptinẽt ad eas particulariter: reperientur infra in dictione Tertiarij.

Stationes.

Collector. ¶ Quia ſtationes pertinẽt ppie vel reducunt ad materiã indulgentiarũ: ideo omnia que ſuper ſtationes pmerendas a fratrib' mi. ⁊ alijs pſonis qbus ſũt cõmunia eorũ priuilegia cõceſſa ſunt: viſum fuit ea ponere in dictione Indulgẽtie ſtationũ quo ad fratres: vbi latiſſime dictum eſt de illis. Uide ibi.

Statuta ordinis.

1 Excõicatio. Eugenius. 4. abſoluit ⁊ abſolutos reddidit: atq3 liberos oẽs fres mi. obſ. a qbuſcũq3 excõicatiõib': ⁊ cẽſuris ⁊ vinculis mortaliũ pctõr i qbuſcũq3 antiqs ſeu nouis cõſtitutiõib': ⁊ ſtatutis ordinis plibat: ⁊ q̄ i futuro talibus ſentẽtijs non ligentur. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 76.

Collector. ¶ Circa ſupraſcripta vide infra poſt.§.3.⁊ poſt.§.5.

2 Excõicatio. ¶ IDEM eugeni' declarauit ſue intẽtionis eſſe: q̄ fratres mi. obſeruãtes ad nulla teneant culpas atq3 cẽſuras q̄ in eiuſdẽ ordinis ſtatutis: ſiue ordinationibus: tã aplicis q̄3 gñalibus ptinent: ſed ſolũmodo teneri ⁊ obligari penis p ſuperiores ſuos impoſitis.1. corporalibus penitẽtijs. B. fo. 28. Et ffo. 112. ɔce. 242.

Collector. ¶ Quo ad hmõi declarationẽ attende ad infrapoſita poſt.§.3.⁊.5.

3 Excõicatio. Sixtus. 4. ſtatuit ⁊ decreuit: q̄ miniſtri: ⁊ cuſtodes: ac guardiani: ⁊ fratres ordinis mi. q̄ p tpe fuerint: nulla eccliaſtica cẽſura: nulloq3 mortalis pcti vinculo ligari valeãt ex ſtatutis: ⁊ ɔſuetudinib' vel declaratiõib' dicti ordis (pter regulã) quomodolibet: ⁊ a qbuſcũq3 editis: ẽt ɔfirmatiõe aplica vel quauis firmitate alia roboratis: ill' ɔtrafaciẽdo: niſi tales eſſent caſus vel exceſſus q̄ diuina lege aut pcepto Romane eccle: merito iducerent ad mortale. Ac ẽt cẽſuras ⁊ penas alr latas reuocauit: ⁊ ãnullauit: illaſq3 ad vi cõminatiõis penarũ cõminatoriarũ: ⁊ inferẽdarũ: ſeu ad corpales: ⁊ tpales penas per platos ſupradictos ferẽdas: ⁊ infligẽdas reduxit. Uoluitq3 ſilr q̄ miniſtri cuſtodes: guardiani: ⁊ alij pdicti ordinis plati: poſſint ferre: ⁊ pmulgare corporales ⁊ tpales ſeu alias penas p nõ obſeruatiõe dictorũ ſtatutorũ ſcdm qualitatẽ pſonarũ: locorũ: ⁊ tẽporũ: ac al's ſicut q̄ videbit ſaluti aiarũ fratrũ corũdẽ in dñio expedire: ac ẽt delinquẽtes ab illis abſoluere. B. fo. 22. ⁊ ffo. 106. ɔce. 229.

¶ Aduertendum eſt q̄ non obſtãtibus predictis tenẽtur fratres mi. ad ſtatuta que poſtea auctoritate aplica facta ſunt: ⁊ ſicut de cetero: quia pontifices pre-

cedẽtes non ligant manus ſucceſſorum ſuorum.

Leo. 10.ſtatuit ꝙ moniales.s.Clare ꝛ alie q̃cũqꝫ ſub obediẽtia ꝛ regimine fratrũ mi.obſer.exiſtẽtes:tenea̅tur ſeruare ſtatuta:ſeu cõſtitutiones reſpectu illarũ facta in capitulis generalibus: aut ꝓuincialibus factis: ꝛ fiendis: prout late poſitum eſt ſupra in dictione Moniales.§.23. 4 Pro moniali.s.Clare.

Leo. 10.ſtatuit ꝙ caplm̃ gñaliſſimũ celebratũ Rome (qñ.ſ.fctã eſt vnio fratrũ mi.obſer.ꝛ oim aliorꝫ reformatorꝫ eiuſdẽ ordinis)teneret̃ deputare nõnullos frẽs ex diuerſis regiõibus ſeu natiõibus aſſumptos: ex ꝓbatioribus ꝛ doctiorib⁹:ac magis expertis fratrib⁹:q̃ oia ꝛ ſingula (q̃ ꝑ manutenẽtia reformatiõis:ꝛ vera regule obſeruãtia accõmoda iudicarẽt) in vnũ recolligerẽt:ac poſtea ꝑ totũ capitulũ gñale:aut maiorẽ partẽ eiuſdẽ approbarent̃:ꝛ tãdẽ aplice cõfirmationis patrocinio munirentur.B.ffo.30.conce.107. 5

¶Aduerte ꝙ virtute ꝓfate cõceſſiõis in caplo gñali celebrato in cõuentu:ꝛ ꝓuincia Burgẽſi anno dñi.1523.facta ſunt ſtatuta gñalia ꝑ oib⁹ fra.mi.obſer. in qb⁹ tñ (ſicut in reliqs ſtatutis ſeu ꝯſtitutiõib⁹ gñalib⁹ fieri ꝯſueuit) nõ ſunt reuocata ꝓcedẽtia ſtatuta:ꝛ ꝯſtitutiões i alijs caplis gñalib⁹ ordinata.Et ideo nõ ſolũ tenẽtur ꝓfati frẽs ad hmõi ſtatuta vltimo ordinata:verũetiam ad antiqua:ſaltẽ q̃ poſt ſtatutũ Sixti.4.ſupꝛapoſitũ.§.3.edita ſunt.Ac nõ ſolũ ad ſtatuta gñalia:ſed etiã ad ꝓuincialia:q̃ eãdẽ vim obtinẽt reſpectu ſubditorꝫ illi⁹ prouincie in qua facta ſunt vel fient.Circa qđ eſt notãda quedam ordinatio facta in capitulo gñali celebrato in ꝯuẽtu mõtis Lucij ſub tenore ſequenti. Collector.

¶Itẽ ſtatutũ eſt ꝙ qꝛ ſingle ꝓuĩcie ſingulis idigẽt ꝑticlarib⁹ ꝓuiſiõibus ꝑpter varias diſpõnes ꝛ ꝯditiões cuiuſcũqꝫ ꝓuĩcie:idcirco vt oib⁹ debite ꝓuideat̃: dat̃ ſingl'is ꝓuĩcijs facultas faciẽdi ordinatiões ſibi ꝯuenietes:quas vult cap. gñale eadẽ auctoritate vigere queadmodũ ꝯſtitutiões ibidẽ fctẽ.ffo.241.tra.2 Statutũ generale.

¶Item in capitulo Burgenſi in ſtatutis gñalibus ordinis ibidem factis ſtatutum eſt:ꝙ nulle conſtitutiones vel ordinationes fiant in capitulis prouincialibus abſqꝫ maioris partis capituli conſilio ꝛ aſſenſu. Aliud ſtatutum.

Stigmata.

GRegorius. 9.edidit quãdã bullã ad ꝑpetuã rei memoriã in cõmẽdationẽ:ꝛ laudẽ ſacrorũ ſtigmatũ ſeraphici pr̃is Frãciſci:Vbi acriter increpat quẽdam epm̃ dubitãtẽ de hmõi ſtigmatib⁹.B.fo.11.et ffo.96.ꝯc.109 1

¶IDEM gregori⁹ diſtricte ꝓcepit priorib⁹ ꝓuincialibus ordinis fratrũ ꝑdicatorꝫ:quatenus inquirerẽt an qdã frater ꝑdicti ordinis ꝑdicaſſet contra ſtigmata btĩ frãciſci:ac cõtra frẽs mi:prout ſibi fuerat denũciatũ:ꝛ ꝙ ſi ita feciſſe inuenirẽt:ſuſpẽderẽt illũ ab officio ꝑdicatiõis:ꝛ mitterẽt ad preſentiã eiuſdẽ ſummi põtificis:vt iuxta ſua demerita reciperet.b.fo.21.et.ffo.23.conce.6. 2

Alexander. 4.edidit quãdã ſolẽniſſimã bullã ad ꝑpetuã rei memoriã i exaltationẽ ꝛ laudẽ ſtigmatũ btĩ pr̃is franciſci ꝓferẽs multa teſtimonia fideliũ ꝑſonarꝫ:qui viderũt ꝛ palpauerũt hmõi ſacra ſtigmata:ꝛ inſup addẽs ꝓpriũ teſtimoniũ.B.fo.12.et ffo 96.conce.107.

¶IDEM alexãder cõmẽdauit ꝛ eximijs laudibus exaltauit montem aluerne:vbi prefata ſtigmata fuerũt diuinitus impreſſa btõ franciſco:ac in virtute ſancte obediẽtie mandauit prelatis fratrũ mi.ne cõuentum illic edificatũ derelinquerent:vel deſtrui permitterent:ſed ꝙ ibi aliquos fratres ſtatuant qui De monte Aluerne.

debitum dño reddant famulatum.b.fo.22.Et ffo.24.conce.10.

5 ¶ JDEM alexāder ſcripſit vniuerſis xpifidelibus lras patētes in cōmendatione ſtigmatū pdictoꝝ:vbi poſuit ſequētia verba.Grādę ac ſingulare miraculū quo.b.frāciſcū ipſe ſcōꝝ ſplēdoꝛ:⁊ gloria dñs Jeſus xps mirabiliter decoꝛauit:vobis ſe.re.Gregoꝛius papa.9.pdeceſſoꝛ noſter:clara ſua inſinuatiōe litteraꝝ expſſit.Nā cū idē ſanctus cū adhuc ſpaciū pſentis vite percurreret:⁊ poſtq̄ illud feliciter cōſumauit in manibꝰ latere ac pedibus:ſpecie ſtigmatū diuinitus extitit inſignitus.Cū igitur tā inſigne diuini amoꝛis ſignū: qḋ vtiq̄ ante obitū eiꝰ patuit:⁊ nobis etiā tūc notū fuit:cū eodē predeceſſoꝛe in minoꝛi adhuc officio ꝯſtituto:ab oībus chꝛiſticolis credi firmiter cupiamus:deuotionē veſtrā rogamus:⁊ hoꝛtamur in dño Jeſu xpo:in remiſſionem vobis peccaminū iniūgēdo:quatenus ab aſſertiōe cōtrarij(q̄ nō niſi ex coꝛdis malignitate pcederet)aurē ⁊ mentē penitus auertatis: reddētes vobis eūdē ſanctū digna veneratiōe ꝓpiciū apud deū:vt adiuti pcibus eius ⁊ meritis : felicitatis eterne poſſitis participiū obtinere.b.fo.26.Et ffo.29.conce.23.

Teſtimoniū ſtigmatū.s.patris Franciſci.

6 ¶ JDEM alexāder ꝓmulgauit ſentētiā excōis : a qua nullus poſſet abſolui niſi pſonaliter adiret ſedē aplicā:cōtra eos qui in regnis Caſtelle ⁊ Legiōis de imagine btī Frāciſci ſtigmata ſacra aboleuerint:ſeu abolere fecerint:⁊ qui pdicauerint predictū ſanctū pfata ſtigmata nullatenus habuiſſe: cuiuſcunq̄ oꝛdinis:vel cōditionis extiſtāt.Et decreuit inſup q̄ ſi foꝛte tales fuerint doctoꝛes ſeu lectoꝛes in theologia:ſeu in quacūq̄ alia facultate:aut poteſtatē audiendi cōfeſſiones habētes:incurrāt priuationē predictoꝝ officioꝝ.Et inſuper precepit eccliaꝝ ꝑlatis pdictoꝝ regnoꝝ quatenꝰ hmōi lras notificēt xpi fidelibꝰ: ⁊ pdicta oīa faciāt firmiter obſeruari:cōtradictoꝛes ꝑ cenſurā eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita)cōpeſcendo.b.fo.26.Et ffo.27.conce.18.

Excōicatio.

Pene cōtra aduerſantes ſtigmatibus ſancti patris Franciſci

7 **Nicolaus.** 3.approbauit ⁊ confirmauit quandam bullam Gregorij.9.in fauoꝛē ſtigmatū beati Franciſci editam.Jllāq̄ ſuis litteris inſeruit:que eſt quaſi de verbo ad verbum ſicut ſupꝛapoſita Alexandri.4.§.5.Habetur autem.B.fo.11.Et ffo.95.conce.205.

8 **Sixtus.** 4.infoꝛmatus q̄ nōnulli religioſi quaſdā ſcāꝝ:⁊ maxime.s.Catherinā de ſenis:in diuerſis partibꝰ ſine cōſenſu ⁊ approbatiōe ſedis aplice:ac vt credit̄ ſine rei veritate:cū ſtigmatibꝰ xpi ad inſtar btī Frāciſci depingebāt:ac q̄ in publicis predicatiōibus aſſerebāt predictā ſctā Catherinā recepiſſe a xpo ſtigmata veriꝰ q̄.s.Frāciſcū.Attēdēs hoc eſſe in pꝛeiudiciū veritatis ⁊ honoꝛis pdicte ſedis aplice:fecit ꝓuiſionē infraſcriptā dicēs ſic.Nos igitur de p̄miſſis plenariā habētes noticiā:⁊ q̄ ſi dicta ſctā Catherina ſtigmata hmōi habuiſſet:felicis recoꝛdationis Pius papa.2.predeceſſoꝛ nr̄ q̄ eandē ſanctā cathalogo ſanctoꝝ aſcripſit:⁊ ſuaꝝ virtutum ꝑrogatiuas in ſua canonizatiōe luculētiſſime declarauit:ſpecialē de hoc ſingulari priuilegio feciſſet memoꝛiā:hmōi ſupplicatiōibus inclinati:vniuerſis ⁊ ſingulis quoꝛūcūq̄ oꝛdinū ꝓfeſſoꝛibus:⁊ alijs pſonis vtriuſq̄ ſexus cuiuſcūq̄ dignitatis:ſtatus:gradus:⁊ cōditionis fuerint auctoꝛitate aplica tenoꝛe pꝛeſentiū in virtute obediētie:⁊ ſub excōis pena(quā cōtra faciētes ipſo facto incurrāt ⁊ a qua ꝑ aliū q̄ romanū pōtificē niſi in moꝛtis articulo dūtaxat abſolui nō poſſint)diſtrictius inhibemus predicatoꝛibus vt a predicationibus:⁊ aſſertionibus hmōi deinceps deſiſtant:ac p̄miſſis:⁊ alijs quibuſcūq̄ vt picturas cū hmōi ſtigmatibus auferant ⁊ auferri vbilibet faciant:atq̄ procurēt infra

De.s.catherina de Senis.

Nota.

Excōicatio.

Pꝛohibitio

ſpaciū vnius anni a publicatione preſentium: nec liceat alicui eandem ſanctā
catherinam depingi facere cum ipſis ſtigmatibus donec eadem ſedes apoſto
lica hoc approbauerit: et per ſpeciale priuilegium ſanctam ipſam cū ipſis ſtig
matibus depingi concesserit. b. fo 53. Et ſſo. 50. conce. 54.

¶ Idem ſixtus quia poſt litteras immediate ſupraꝑoſitas fuit informatus 9
q̄ nonnulli ꝓprijs inherentes affectibus: mādatis predictis nō obediebant: pre- Prohibitio
habitis cōſilio et aſſenſu et matura deliberatione cum ſancte Romane eccleſie in fauorē s.
cardinalibus ſtatuit et ordinauit q̄ nullius ſancti aut ſancte: beati aut beate fi- francisci.
gura aliqua cum dictis ſtigmatibus depigi poſſit quouis modo extimari poſ-
ſit: vel credi illū vel illā hmōi ſtigmata habuiſſe: excepta imagine beati Franci
ſci: quē multipliciter conſtat ſtigmata a xp̄o recepiſſe. Ac etiā ꝓhibuit ne aliqs
in ꝑdicationibus ad ppl'm vel alias ſcriptura: aut verbo aſſerere: aut affirma-
re ꝑſumat aliquē ſanctū vel ſanctā: beatū aut beatam ſtigmata hmōi habuiſſe.
Et ſup his imponit grauiſſimas cēſuras et penas quas incurrāt diuerſimode Excōicatio.
faciētes cōtra premiſſa. Sup quibus etiā dat cōſeruatores oēs eccleſiarum pre
latos: et alios in eccl'iaſtica dignitate conſtitutos. B. ſſo. 217. conce. 520.

¶ Idem ſixtus q̄ poſt omnia ſupradicta: per quaſdam ſuas litteras ſuſpen 10
derat ad tēpus cēſuras et penas p eū impoſitas cōtra depingētes ſanctā Cathe De s. cathe
rinam de Senis cū ſtigmatibus: declarauit dictā ſuſpenſionem de cetero non rina d̄ ſenis
valere: et decreuit q̄ littere predicte ſup ſtigmatibus edite: ob ſuſpenſionē ꝑfa- Excōicatio.
tā nullatenus reuocate cenſeri debere: ſed in ſuo robore: ac vigore permanere:
ac ſi hmōi ſuſpenſio non emanaſſet. Ac inſuper mandauit de nouo ſub cenſu
ris in predicta bulla contentis: ne prefatam imaginem beate Catherine de Se
nis amplius cum ſtigmatibus depingatur: et q̄ imagines ſic depicte aboleātur
non obſtantibus quibuſcūq̄. B. fo. 40. Et ſſo. 124. conce. 271.

¶ Ultra ſupradicta ſunt nōnulla alia cōceſſa ob honorē et reuerētiā ſtigmatū Collector.
beati Franciſci. ¶ Et primo ſunt conceſſe alique indulgentie quas poſſunt pro
mereri omnes in die impreſſionis hmōi ſacrorū ſtigmatum: Et hec poſita ſūt
ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 1. in. §. 2. ¶ Scd̄o fuit conceſ-
ſum vt in prefata die impreſſionis ſtigmatum poſſit ſuſpendi interdictū. Hoc
autem habetur in dictione Interdictum. 2. in. §. 3.

Studentes fratres.

Eugenius. 4. conceſſit auctoritatē miniſtro gn̄ali fra 1
trū mi. reducēdi frēs ſtudentes cuiuſcūq̄ Gn̄alis mi-
gradus et cōditiōis exiſtāt ad ſuā et aliorū ꝑlatorū dicti ordinis niſter.
regularē obediētiā: et cōmunē viuēdi modū: iuxta formā regu De reductio
le et ꝓfeſſiōis ſtatutorūq̄ eiuſdē ordinis. Nō obſtātibus q̄buſcū ne fratrū ſtu
q̄ in ꝯtrariū faciētibus. Et inſup voluit q̄ ꝑfatus gn̄alis mini- dentium.
ſter: et alij p eū deputādi habeāt facultatē et poteſtatē plenariā oēs et ſinglos ſu-
pradictos frēs obedire recuſantes: et cōtradictores quoſcūq̄ p cēſuras eccleſia
ſticas: et alia iuris remedia (appellatione poſtpoſita) cōpeſcendi: inuocato etiā Appellatio
ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. b. ſſ. o. 84. conce. 246.

Pius. 2. precepit gn̄alibus quattuor ordinū mēdicantiū: quaten⁹ oēs et 2
ſingulos ſuorū ordinū ꝓfeſſores: qui ſpū rebellionis aſſumpto: ꝑ Pro oībus
latis ſuis ob. ēperare: eorūq̄ ſalutares correctiones: et diſciplinam effugere: generalibus

mēdicātiū. aut deſpicere p̄ſumpſerint: τ vt impune hoc efficiāt rectorū: ſeu gubernatorū τ cōſeruatorū ſtudiorū p̄ſidia: τ patrocinia implorauerint pretēdētes ſe exemptos ab ipſorū ordinū iuriſditione τ poteſtate ac correctione: cuiuſcūqȝ gradus vel cōditionis exiſtāt: niſi (canonica monitione p̄miſſa) ab hmōi reſipuerint: τ debitā a p̄dictis generalibus p ro cōmiſſis penitentiā humiliter ſuſceperint: ac mādatis eorundē gn̄aliū efficaciter obtēperare ſtuduerint: auctoritate apoſtolica denūcient: τ ab alijs vbi τ qn̄ τ quoties expedierit denunciari faciant predi

Excōicatio. ctos fratres excōicatos eſſe: τ ab oībus magiſterij: bacbalariatus: lectoratus: bi

Gradus ſcolaſtici. blijſtatus officijs: alijſqȝ dignitatibus τ honoribus dictorū ordinum exutos

fore. Et inſup ſi eorū cōtumacia: proteruitas: vel rebellio id exegerit: carceribus

Correctio. ad penitentiam peragendam intrudi faciant: donec ad cor reuerſi ſalutaribus monitis τ mandatis ſe ſubiecerint: τ a predicta excōicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerint obtinere. b. ffo. 86. conce. 249.

3 De correctione ſtudētiū. **Innocentius.** 8. fecit quandam conceſſionem notabilem circa modum quo prelati obſeruantes poſſunt corrigere fratres conuentuales ſtudentes in quibuſlibet vniuerſitatibus Hiſpanie. Uide illam ſupra in dictione Correctio fratrum. §. 11.

4 De habitatiōe extra cōuentus. **Julius.** 2. ſtatuit τ ordinauit: q̄ frēs ordinis p̄dicatorū: aut minorū nō poſſit cōmorari extra domos ſuorū ordinū cauſa vel reſpectu ſtudij: ſiue in Salamātina ſiue in alijs ciuitatibus τ locis qbus literaria ſtudia vigeāt: pter τ abſqȝ licētia puincialiū priorū ſeu miniſtrorū vel eorū vicariorū reſpectiue: ac illa durāte dūtaxat: etiā de licētia ſedis aplice: aut pretextu quarūcūqȝ facultatū ac indultorū τ litterarū aplicarū Salamātineñ. τ alijs vniuerſitatibus predictis pro tpe cōceſſorū. Et ſup hoc ponit penas τ cenſuras: ac dat cōſeruatores quoſdam. B. ffo. 209. conce. 51. Et ffo. 70. conce. 217.

Collector. ¶ Qualiter fratres mino. τ predicatores ſtudentes poſſint aſſumere gradus ſcolaſticos: dictum eſt ſupra in dictione Gradus ſcolaſtici.

¶ Aduerte tamen q̄ iſta non pertinent ad fratres obſeruantes ſed ad cōuentuales: exceptis illis qui in conuentu Parriſienſi ſtudent.

Succedere.

Collector ¶ Circa ſucceſſionem hereditatum ſunt multa τ varia conceſſa: τ ſtatuta per multos ſummos pontifices: que omnia poſita ſunt ſupra in dictiōe Heredes τ Hereditas. Uide ibi.

Superfluitates.

Collector ¶ Qualiter ſuperflua que in conuentibus fratrum mi. obſer. reperta fuerint poſſint τ debeant tolli per generalem dicti ordinis: habetur ſupra in dictione Generalis miniſter. §. 3. τ. 5. Et in dictione Ornamenta. §. 1.

Suſpenſiones.

¶ Diſtinctio materie ſuſpenſionis.

Collector ¶ Aduertendū q̄ in priuilegijs fratrū mi. τ aliorū mendicantiū reperiūtur nōnulla pertinētia ad hanc dictionē ſuſpenſio. ¶ Et primo ea q̄ cōcernunt abſolutionē: ſeu diſpenſationem a ſuſpenſionibus incurſis per fratres: habentur in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 4. et. 7. et. 8. ¶ Scdo de illis

que tangũt: ſuſpenſionem priuilegiorũ: ⁊ indulgentiarum dictum eſt in dictiõe Priuilegia in multis. §. vbi in margine poſita eſt hec dictio Suſpenſio.

Sindicus.

¶ Sciendum q̃ oĩa q̃ in priuilegijs fratrũ mi. ↄ̃tinent̃ reſpectu ſindicorũ a ſede aplĩca deputatorũ ꝓ hmõi fratribus: ſunt ſuperius poſita in dictione Procuratores fratrũ: q2 tali nomine frequẽtius reperiuntur nominati. Uide ergo illa in predicta dictione Procuratores fratrum. Collector.

Tertiarij fratres: et ſorores.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Aduertẽdum eſt ꝙ ea que in priuilegijs fratrũ mi. ↄ̃tinent̃ reſpectu tertiariorum ſunt in multiplici differẽtia. ¶ Quedã em̃ attinẽt ad ipſorũ regulã. ⁊ pfeſſionẽ abſolute. Et hec habentur in. §. 2. ⁊. 6. ⁊. 7. ⁊. 12. ⁊. 13. ⁊. 18. ⁊. 25. ¶ Alia pertinent in ſpeciali ad ſubiectionẽ: ⁊ obediẽtiã quã ijdẽ tertiarij habere dñt. Et iſta ponunt̃ in. §. 3. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 8. ⁊. 16. ⁊. 17. ¶ Nonnulla concernũt eorundem tertiariorũ exẽptionẽ ⁊ alia ꝑuilegia. Et hec ↄ̃tinent̃ in. §. 1. ⁊. 4. ⁊. 9. ⁊. 11. ⁊. 12. ⁊. 14. ⁊. 19. ⁊. 20. ⁊. 21. ⁊. 22. ac. 23. ¶ Reliqua vero reſpiciũt abſolutiones ⁊ adminiſtrationẽ ſacramentorũ. Nec aũt ↄ̃ſiſtũt in. §. 8. ⁊. 15. vltra ea q̃ poſita ſunt ſupra in dictiõibus Abſolutio ordinaria: ⁊ Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. Nam ratione cõmunicationis priuilegiorũ poſſunt gaudere illis omnibus conceſſis fratribus quorũ ſunt tertiarij. Collector.

GRegorius. 9. conceſſit ꝙ tertiarij beati Franciſci nequeãt cõpelli ad aliqḋ iuramẽtũ: niſi pacis: ac fidei ⁊ calũnie aut teſtimonij. Et ſtatuit ꝙ non graueĩur amplius impoſitione onerũ q̃ ſui cõciues. b. fo. 19. ¶ Aduerte ꝙ tertiarij de qbus in hac ↄ̃ceſſione fit mẽtio: ſunt illi q in ꝓprijs domib⁹ viuũt ⁊ nõ fecerũt tria vota eſſentialia religiõis. 1 Collector.

Nicolaus. 4. approbauit ⁊ cõfirmauit regulam fratrum ⁊ ſororum tertij ordinis beati Franciſci inſerẽdo totam regulam huiuſmodi in ſuis litteris. B. fo. 49. Et ffo. 132. conce. 298. 2

¶ Aduerte qḋ ꝑdicta regula principaliter attinet ad perſonas que in ſeculo remanẽtes voluũt viuere ſtrictius q̃ alij xp̃iani: ⁊ parũ ꝑtinet ad ꝑſonas religioſas que fecerũt tria vota: ⁊ viuũt in cõitate. Et ideo ꝓ illis tertiarijs: tam feminis q̃ viris qui ſunt veri religioſi: fecit Leo. 10. aliã regulã: que in fine ponit̃ ad litteram prout fuit ordinata: quia nullibi reperi eam impreſſam. Collector.

¶ IDEM nicolaus ſtatuit vel potius conſuluit: qḋ predicti tertiarij procurent aſſumere viſitatores ⁊ reformatores de ordine fratrum minorũ. B. fo. 52. Et ffo. 116. conce. 254. 3 Uiſitatores.

¶ IDEM nicolaus prefatis tertiarijs (qui iuxta ſuũ conſiliũ elegerint viſitatores de ordine fratrum mino.) dedit ſuam benedictionẽ: ⁊ conceſſit qḋ gaudeant priuilegijs eiuſdem ordinis penitẽtium: ſeu tertiariorum a ſede apoſtolica conceſſis ⁊ impoſterum concedendis. Et inſuper voluit qḋ hmõi tertiarij (qui ſequuti fuerint ſuum cõſilium accipiendo viſitatorem de ordine mi.) habeant: ⁊ debeant habere miniſtros de ſeipſis: iuxta formã in ꝑdicta regula cõprehenſam. B. fo. 53. Et ffo. 116. conce. 255. 4 Cõicatio priuilegiorum.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ vt ex predictis clare colligitur: tertiarij qui nō ſtant ſub obedientia fratrū minorum: nec gaudēt ſuis priuilegijs: nec poſſunt habere miniſtros pro ſuo regimine: qđ eſt notandum: q2 a paucis circa hoc aduertitur.

5 **Martinus.** 5. circa ſubiectionem prefatorum tertiarioꝝ ſub obedientia generalis ⁊ prouincialiū miniſtrorū ordinis fratrū mi. edidit quādam bullā: committens hoc negociū cuidam cardinali. Sed q2 non conſtat quid ſup hoc idem cardinalis fecerit: predicta bulla de nullo videtur deſeruire. Habetur tamen. B. fo 32. Et ffo. 115. conce. 253.

6 Jeiunium. **Eugenius.** 4. cōceſſit ꝙ ſorores tertij ordinis: ſolūmodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi. regulā obſeruantes obligati ſunt: Et ꝙ eoſdē modos ſeruent in cibis quadrageſimali tēpore: exceptis debilibus ⁊ infirmis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

7 **Sixtus.** 4. ſtatuit ac decreuit: ꝙ votū obedientie paupertatis: ⁊ caſtitatis emiſſum a tertiarijs beati Frāciſci: habeat vim ⁊ valitudinē

Uotum. voti ſolēnis: ac omnē inducat effectū quē inducit votū ſolēne factū cuicunqꝫ de religionibus a ſede apl'ica approbatis. Ac diſtricte precipiēdo mādauit oībus ⁊ ſingulis cuiuſcūqꝫ gradus dignitatis ordinis: aut conditionis fuerint: ſub quoꝝ cura vel iuriſditione predicti tertiarij fratres vel ſorores tunc degebant: aut in futurū degere cōtingeret: ne fratres vel ſorores prenoiatos: prefatū votū modo predicto emittentes: matrimoniū contrahere vel ante contractū ɔſumare: aut religionē ipſam dimittere: ⁊ ad ſecularē vitā redire permittant. Decreuitqꝫ irritū quicquid in contrariū factū fuerit. Ac ipſos fratres vel ſorores id

Excōicatio. facientes: excōicationis ſententia inodatos fore. B. fo. 33. Et ffo. 117. conce. 256.

8 De ſubiectione platis ordinis mino. ¶ IDEM ſixtus ſtatuit: ꝙ generales ⁊ prouinciales miniſtri ordinis mi. ⁊ eorum vicarij: tam conuētuales ꝗꝫ obſeruātes habeat ſub ſua iuriſdictiōe oēs fratres ⁊ ſorores tertij ordinis beati Franciſci vbilibet infra prouincias eis cōmiſſas cōſiſtentes: ac eos charitatiue viſitent: ⁊ eoſdem iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtruant: ⁊ reforment: necnon ⁊ corrigant: etiam per ablationem habi-

Correctio. tus dicti tertij ordinis: ſi id qualitas exceſſus exegerit. ¶ Et ſimiliter ſtatuit ꝙ

De receptiōe ad ordinem tertiarioꝝ. predicti prelati ordinis mi. poſſint recipere volētes aggregari huiuſmodi tertio ordini. Ac etiam ꝙ poſſint eiſdem tertiarijs deputare viſitatorem: ſeu confeſſorem predicti ordinis mino. de obſer. vel conuētualium: prout eis plus placuerit: qui eiſdē tertiarijs omnia eccleſiaſtica ſacramēta miniſtrare debeat. B. fo. 8. Et ffo. 92. conce. 201.

Collector. ¶ Aduertēdum eſt circa ſupradictū de receptione ad ordinem tertiariorum: ꝙ profeſſio debet fieri conformis regule eorūdem tertiarioꝝ de qua ſupra. §. 2. Debet etiam fieri in communitate: vt colligitur ex alijs litteris Sixti. Debent etiam alia concurrere que in predictis litteris continentur: que ſi nōn concurrerint: non gaudebūt priuilegijs tēporalibus fratrum minorum: prout latius dicitur in fine huius dictionis.

9 Cōicatio priuilegiorum. ¶ IDEM ſixtus in bulla aurea cōceſſit vt tertiarij vtriuſqꝫ ſexus ordinum predicatoꝝ ⁊ minoꝝ gaudeāt eiſdem priuilegijs ⁊ immunitatibus gratijs fauoribus ⁊ conceſſionibus: ac indultis ſpūalibus: ⁊ tpalibus conceſſis: ⁊ in poſterum cōcedendis ordinibus predictorum fratrum predicatoꝝ ⁊ minorum ⁊ illorum profeſſoribus: ac domibus ⁊ locis ⁊ procuratoribus ⁊ oblatis ſeu alijs quomodolibet: quatenus ſtatui: ⁊ conditioni predictorum tertiarioꝝ

conuenire poſſunt. B.fo.66.Et ffo.148.conce.362.

¶ Aduerte ꝙ hoc eſt intelligendum de illis tertiarijs qui faciũt tria vota:ꝛ viuunt in cõmunitate:de quibus idem Sixtus fecit mentionem ſupra.§.7. Collector.

¶ JDEM Sixtus ſtatuit:ꝙ fratres predicatores ꝛ minores recipiẽtes:ſeu admittentes ad priuilegia ꝛ immunitates ſuorũ ordinum quoſcunq; laicos vtriuſq; ſexus:ꝑtextu tertij ordinis ſeu alteriꝰ modi viuẽdi:niſi geſtauerint habitum dicti tertij ordinis:ꝛ profeſſionem emiſerint ſolitam:ꝛ in congregatione viuant ꝛ in communi:ſint excõmunicati:non obſtantibus quibuſcunq;. Habetur in bulla p̄fati Sixti que incipit Deteſtanda nonnullorum ambitio prout allegantur in quadam tabula priuilegiorum per quendam cõmiſſariũ Romanũ copilatam:Non tñ habetur in libris priuilegiorum impreſſis. 10 Excõicatio.

Innocentius. 8.extendit gratias:ꝛ indulta conceſſa fratribus ꝛ ſororibus tertij ordinis in cõmuni viuentibꝰ:etiã illis qui viuũt in particulari.o.fo.64.Et ffo.69.ꝯce.146.ꝛ ffo.100.ꝯ.375. 11

¶ Aduerte ꝙ hmõi conceſſio debet intelligi ſolum de gratijs ſpiritualibꝰ:q2 cum ſit facta oraculo viue vocis:nihil deſeruit pro rebus tẽporalibus:Eſt etiã intelligenda hec conceſſio de illis tertiarijs qui licet viuant in particulari:vouerunt tamen tria vota in communitate. Collector.

¶ JDEM Innocẽtius declarauit ꝙ ſorores tertij ordinis:etiã in cõmuni viuentes:quis ſe aſtringant ad plura ꝙ̃ in earũ regula continentur:non includuntur ſub conſtitutione Joãnis.22.reprobantis vitam ꝛ ritum fratricelorũ: prout a nonnullis credebatur. B.fo.38.Et ffo.122.conce.266. 12 De ſororibꝰ tertiarijs.

¶ JDEM Innocẽtius cõceſſit ꝙ p̄dicte ſorores tertij ordinis beati Frãciſci poſſint libere ꝛ licite ſumere velum nigrum:ꝛ ſub perpetua clauſura manere quandocunq; p̄dictis ſororibus ac miniſtris ordinis mi. vel alijs earũ ſuperioribus(ſub quorum cura exiſtent)placuerit:ꝛ earũdem ſtatui viſum fuerit expedire. B.fo.38.Et ffo.122.conce.266.in fine. 13 De ſororibꝰ tertiarijs.

Alexander. 6.conceſſit ꝙ ſorores tertie regule in cõgregatione ſub cura fratrũ mi.obſer.degentes:que ꝑ maiori parte ex elemoſinis chriſti fidelium ꝛ labore manuum ſuarũ victum ꝛ veſtitum recipiunt:non poſſint cogi ad ſolutionem alicuius decime:ſeu taxe:aut collecte ꝙ̃ pro tempore imponi contigerit:etiam ſi aliquid habeant ꝓprij:quod tamẽ nõ ſufficit eis ad quotidianas expenſas.b,ffo.56.conce.66. 14 De ſororibꝰ tertiarijs. Exemptio a decimis.

¶ JDEM Alexander conceſſit ꝙ generalis ꝛ p̄uinciales ordinis mi.obſer. poſſint cum conſilio aliquorum fratrum deputare confeſſores p̄ſbyteros ſeculares vel aliorũ ordinũ regulares ꝛ honeſtos:ꝑ fratribus ꝛ ſororibus tertij ordinis:vbicunq; in partibus vltramontanis cõmorantibus (.ſ.in partibus Galliarũ ꝛ Hiſpaniarũ:ꝛ ceteris eis annexis)quibus ſua peccata cõfiteri:ꝛ ab eis quecunq; eccleſiaſtica ſacramenta recipere poſſint:Jta tamen ꝙ confeſſores huiuſmodi:nullo modo debeãt ingredi clauſtra:ſeu interiores officinas dictarũ ſororũ:abſq; alterius perſone bone vite ꝛ fame ſocietate:Etiã p̄dictã deputationẽ fieri poſſe conceſſit:ſolũ in locis in quibus fratres mi.obſer.aut conuẽtuales cõmode haberi nõ poſſunt. B.fo.39.Et ffo.123.conce.269. 15 De cõfeſſoribus ſclarībꝰ deputandis. Jngredi monaſteria.

Julius. 2 confirmauit litteras Sixti.4.ſupra poſitas.§.8.ac illis perpetue firmitatis robur adiecit:ſuppleuitq; omnes ꝛ ſingulos iuris ꝛ facti defectus:ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ:Et inſuper de nouo 16 De ſubiectione p̄latis ordinis mi.

ſubiecit omnes fratres ⁊ ſorores tertij ordinis: vbiqꝫ locoꝝ per vniuerſum or-
bem cōſiſtentes: ſub obedientia ⁊ correctione generalis ⁊ prouincialiū fratrum
Uiſitatio. mi. de obſer. ⁊ cōuentualiū: ita q̄ eos viſitare ⁊ corrigere poſſint iuxta formaꝫ
predictaꝝ litteraꝝ Sixti. 4. Super his autē imponit graues cēſuras ⁊ penas
predictis tertiarijs niſi cū effectu paruerint hmōi litteris infra certū terminū.
Ac etiam ſuper hoc dat certos cōſeruatores. B. ffo. 223. conce. 529.

17 ¶ IDEM Julius dedit poſtea alias litteras ad confirmationem ſupraſcri-
Cōfirmatio ptarum immediate cū magnis clauſulis: ⁊ non obſtantijs: ac deputatione cō-
ſeruatorum. B. ffo. 225. conce. 530.

18 ¶ IDEM Julius ſtatuit q̄ tertiarij portēt vbiqꝫ habitū talē q̄ diſtinguātur
Habit⁹ frm. a frib⁹ pmi ordis. s. Frācīſci. Et q̄ ꝯſtituat oib⁹ illis q̄ tertia regula quocūqꝫ
noīe nūcupētur: ⁊ vbicūqꝫ ſint p vniuerſuꝫ orbē: habit⁹ vniformis: q fit cōis
oib⁹ ipſis vbiqꝫ: tā in forma q̄ in colore: ita q̄ nulla differētia ſit in habitibus
eoꝝ. In forma aūt q̄ ad min⁹ habeāt capone latū: vt deſup ſcapulas deſcen-
dat ab vtraqꝫ parte p quattuor digitos. In lōgitudine vero tā a parte āteriori
q̄ poſteriori attingat īfra cingulū: vt ſup illd poſſit cingi. Color quoqꝫ ſit ma-
gis ad nigredinē tendēs q̄ ad albedinē: put habet. B. ffo. 215. conce. 519.

19 LEO. 10. in cōcilio Lateranēſi ſtatuit q̄ fratres ⁊ ſorores tertij ordinis in
De tertiarijs ꝓprijs domib⁹ habitātes valeāt ſepulturā eligere vbi voluerint
in pticulari. Et q̄ die paſchatis tantū Eucharīſtiā: necnō extremā vnctionē: ceteraqꝫ eccle-
viuentibus. ſiaſtica ſacramēta (penitētie ſacramento dūtaxat excepto) a ꝓprio ſacerdote par-
rochiali recipere debeāt. Et voluit q̄ ad onera q̄ laicis incūbunt perferenda te-
neantur: ac q̄ in foro ſeculari corā iudicibus ſecularib⁹ conueniri poſſint. Et
Sacramēta. inſup decreuit q̄ pdicti tertiarij in ꝓprijs domib⁹ habitātes: nullaten⁹ admit-
Interdictū. tantur tpe interdicti ad audiēda diuina in eccleſijs ordinū quoꝝ ſunt tertia-
rij: ſi cauſaꝫ dederint īterdicto: vel cauſaꝫ ipſaꝫ nutriāt: ſeu foueāt aut dātib⁹
auxiliū cōſiliū vel fauorē quoquomō pſtiterint. B. ffo. 26. conce. 86.

Collector. ¶ Aduerte q̄ pdicta intelligenda videtur generaliter de quibuſlibet tertiarijs
in particulari viuentibus: q2 cū lex non diſtinguat: nec nos diſtinguere debe-
mus. Et pſertim q2 p viuentibus in cōi facta eſt poſtea ſequēs conceſſio.

20 ¶ IDEM Leo vbi ſupra ſtatuit: q̄ tertiarij collegialiter viuentes ſeu cū clau-
Cōicatio pri- ſtralibus habitātes: aut mulieres virginalē: ſeu celibē: aut caſtā vidualē vitaꝫ
uilegiorum. ducētes expſſo votoꝝ ⁊ ſub dicto habitu: gaudere debeāt pˀuilegijs qbus ſi̇ eos or-
dinis cui⁹ tertie regule habitū geſtāt potiunt ⁊ gaudēt. B. ffo. 26. conce. 87.

21 ¶ IDEM Leo confirmauit ⁊ approbauit: ac innouauit ſupradictas litteras
Pro ſorori- Sixti. §. S. cum omnibus ⁊ ſingulis in eis cōtentis clauſulis ac perpetue fir-
b⁹ tertiarijs. mitatis robur obtinere debere decreuit. Et inſuper inhibuit oibus ⁊ ſingulis
prelatis eccleſiaſticis: ſub excōicationis late ſententie pena: ne ſorores tertie re-
Excōicatio. gule beati Franciſci: que tria eſſentialia vota emittēdo collegialiter viuunt:
quaſqꝫ conformiter ad prefati Sixti litteras: veras religioſas eſſe declarauit:
quomodolibet impedire preſumāt quominꝰ hmōi ſorores iuxta priuilegia fra-
trū mi. poſſint libere ⁊ licite habere oratoria: ſeu eccleſias cū cāpanili humili ⁊
campana: ac in illis ſacramētū Eucharīſtie in loco decēti ⁊ honeſto: necnon
oleū ſanctū pro eaꝝ vſu tantū: ⁊ cemiteriū bndictū: in quo ſoroꝝ decedētium
corpora ſepeliri poſſint: ac in eiſdē eccleſijs aquā bndictā ſolēniter bndici: miſ-
ſaſqꝫ ſm earum deuotionem cantari: ⁊ celebrari facere. B. ffo. 35. conce. 119.

¶ IDEM leo ſtatuit ꝙ predicte ſorores tertie regule collegialiter viuentes: nullatenus poſſint cōpelli p̄ ſupradictos p̄latos eccleſiaꝝ ⁊ rectores: aut quoſuis alios ad audiēdū miſſas ⁊ alia diuina officia: in alio loco ꝙ̄ in dictis ſuis eccleſijs: aut ad ſuſcipiēdū eccleſiaſtica ſacramēta ab alio ꝙ̄ a cōfeſſore regulari vel ſecularí eis p̄ eaꝝ ſuperiorē aſſignādo: nec deſuper quomodolibet moleſtari valeāt. Ac ꝙ hmōi cōfeſſor ſi ſecularis fuerit quādiu officiū p̄dictū confeſſionis a dictis ſuperioribus ſibi īpoſitū cōtinuauerit: nequaquā p̄ locoꝝ ordinarios i premiſſis impediri poſſit. Et tandē circa premiſſa dedit conſeruatores omnes in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos. B. ſſſo. 35. conce. n 9.

22 De ſororibꝰ tertiarijs in cōi viuētibꝰ

Sacramēta.

¶ IDEM leo dedit p̄fatis ſororibꝰ copioſam exēptionē a ſolutiōe cuiuſuis decime: aut taxe vel collecte: etiā p̄ ſedē aplicā īpoſite: ſi tn̄ ita ſunt paupes ꝙ eaꝝ redditus nō ſufficiūt p̄ cōmoda eaꝝ ſuſtētatiōe. B. ſſſo. 48. conce. 143. Hoc ponitur latius ſupra in dictiōe Decime. §. 8. Et in dictio. Exemptio. §. 30.

23 Exemptio.

¶ Idē leo fecit quaſdā ꝯceſſiōes circa modū quo alienari pñt bōa mōaſterioꝝ monialiū: ſeu ſoroꝝ tertij ordis: q̄ poſita ſūt ſupra i dic. Abbatiſſa. §. 9. ⁊. 10.

24 De aliēatio ne bonoꝝ.

¶ Idē leo ad iſtātiā diuerſaꝝ p̄ſonaꝝ ordinauit denuo regulā p̄ fribꝰ ⁊ ſororibꝰ tertie regule b. frā. q̄ tria vota eſſentialia emittūt: ⁊ i ꝯgregatiōe viuūt: Et q2 hmōi noua regla nūquā fuit ip̄eſſa i aliquo libroꝝ ordis ideo opep̄eciū vi ſuꝫ eſt illā hic īſerere. ¶ Sed aduertēdū ꝙ p̄dicta ordinatio regule fctā eſt bis: vel ter ab eodē Leone. 10. ⁊ nō vniformiter: quaꝝ vltima eſt melior: ⁊ q̄ in partibꝰ Hiſpaniaꝝ: p. R. patrē miniſtrū gn̄alē triū ordinū btī Frāciſci recepta et diuulgata: necnō ⁊ oibꝰ p̄dictis tertiarijs tradita eſt. Ideoqꝫ p̄fatā vltimā regulā (reliqs omiſſis) ip̄rimere curaui de verbo ad verbum: prout ſequitur.

25 Noua regla pro tertiarijs in cōi viuentibus.

Dilectis filijs fratribus ⁊ ſororibus tertij ordinis beati Frāciſci: ſub tribus votis eſſentialibus in congregatione viuentibus.

Leo papa. 10. Dilecti filij ac filie: ſalutē ⁊ aplicā bn̄. Inter cetera nr̄o regimini credita: ea nos potiſſime ſollicitos reddūt: p̄ q̄ frenatis mundi carniſqꝫ ꝯcupiſcētijs: innocētie p̄itneqꝫ pacis celiꝰ collate trāquillus ſtatus ad ſuā primeuā reduci cognoſcitur originē. Dudū ſiqdē huiꝰ gr̄a fe. re. Nicolaꝰ papa. 4. p̄deceſſor nr̄: tertiā regulā beati Frāci. quā de penitētia appellauit p̄ quā animꝰ cōfeſſor hoies vtriuſqꝫ ſexꝰ fideles: ſpū dei plenus ſaluare cōtēdebat: confirmauit ⁊ approbauit. Verū q2 tp̄is decurſu ſpirāte illo ſpū ſctō nō ſolū viri cōiugati: vndiqꝫ huius icole: p̄ qbus a btō Frāciſco p̄fata tertia regula edita fuerat: verū etiā innumeraꝝ virginū chori: tribꝰ eſſentialibus: ⁊ a qbuſdā etiaꝫ clauſure: nr̄a auctorita e aſſumptis votis: cōſtructiſqꝫ monaſterijs quā plurimis: nō ſine militātis eccle fructu multiplici ⁊ edificatiōe: p̄fati tertij ordis iugo ſua colla ſubdiderūt. Et qm̄ in dicta tertia regula q̄dā maritatis accōmodata: celebi vero virgineoqꝫ ſtatui ſub hmōi tertia regu. dn̄o famulātibꝰ nullatenus decētia ſūt: tunc: ob qd̄ caſtoꝝ aioꝝ nitidi affectꝰ ab īgreſſu dicti ordis nō nūquā auertūtur: nos iuxta dn̄i volūtatē: p̄cioſum a vili ſeparātes: eādē tertiā regulā in modū q ſequitur diſtinctā de nouo cōfirmamꝰ ⁊ approbamꝰ: ac vobis ⁊ ſucceſſoribus vr̄is ſeruādā trāſmittimus: cuius tenor ſeqtur ⁊ eſt talis.

¶ De nouiciorum ſeu nouiciarum ingreſſu. 1. Capitulum.

Fratres ſeu Sorores ad hunc Tertium ordinem recipiendi: debent eſſe fideles catholici: de hereſi non ſuſpecti: in obedientia Romane eccleſie firmi: matrimonio non ligati: debitis expediti: corpore ſani: animo promptis

nulla vulgari infamia maculati: cum primis recōciliati. Et de his oībus antequā
recipiantur: ab eo q recipiēdi habet facultatem: ſunt diligenter examinandi.

De hijs que habent promittere fratres ⁊ ſorores in profeſſiōe huius tertie regule. 2. Capitulum.

Fratres ⁊ ſorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno: arbitrio viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud conuentum in quo quis vel que habitum probatiōis portauerit: de conſilio diſcretorum dicti conuentus: ad profeſſionem dicti ordinis recipiatur. In qua profeſſione promittat ſeruare mandata dei: ac ſatiſfacturum de tranſgreſſionibus quas facere poſſet in futurum contra hanc tertiam regulam: vbi a prelatis requiſitus fuerit: viuendo in obedientia: ſine proprio: ⁊ in caſtitate.

De ieiunio. 3. Capitulum.

Fratres ⁊ ſorores perpetuis temporibus feria. 2. 4. 6. ⁊ ſabbato (excepto dñice natiuitatis feſto) carnes non comedant. Et a feſto omnium ſanctorum vſq3 ad reſurrectionem domini: omni feria. 4. ⁊. 6. ieiunare teneantur. Ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item a feſto beati Martini vſq3 ad natiuitatem domini ieiunent quotidie: iuncta quadrageſima vniuerſalis eccleſie vſq3 ad reſurrectionē dñi: quam tamen a quinquageſimā incipere debent. Diebus vero quibus non ieiunatur: bis in die dumtaxat comedant. Excepto q a feſto paſche vſq3 ad menſem octobris: laborantes penoſo: ſeu graui labore: ter in die refici poterunt: ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes: infirmi debiles: tēpore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

De diuino officio ⁊ oratione. 4. Capitulū.

Fratres ⁊ ſorores in eccleſia ſeruent ſilentium: preſertim quando miſſa celebratur: vel ſermo dei proponitur. De alijs vero locis ſeruent quod per ſuos ſuperiores circa ſilentium illis fuerit ordinatū. Debent etiā quolibet die intra ſe ⁊ deū cogitare quid fecerint: dixerint: vel cogitauerint. Quolibet autem die ſi potuerint cōmode: debent audire miſſam. Et procurare q habeāt virū religioſum q illis verbū dei certis diebus pponat: ⁊ eos ad penitentiā: ⁊ virtutes inducat. Illi aūt vel ille: qui vel que horas canonicas ſciunt per ſe dicere debent horas canonicas ſm vſum ſancte Romane eccleſie perſoluere. Qui vero horas canonicas neſciunt dicere dicant: duodecim Pater noſter pro matutino: ⁊ pro qualibet aliarum horarum ſeptem: addito Gloria patri in fine cuiuſlibet Pater noſter: addito etiam Credo ⁊ Miſerere mei deus in principio prime ⁊ completorij. Et qui premiſſa neſcierit: ter Pater noſter pro penitentia dicere debeat. Quoties autem prandium vel cibum ſumunt: gratias deo reddere debent. De confeſſione vero ſacramentali: ⁊ ſacra communione ſumenda: ſeruabunt ordinationem Nicolai pape. 4. q ter in anno confiteātur atq3 ſumant: vel etiam ſtatuta a ſuis ſuperioribus ſuper hoc ordinata.

De prelatorum ⁊ officiorum ordinatione. 5. Capitulū

Quelibet domus: ſi Monaſterium virorum fuerit: habebit ſuperiorem iſtius fraternitatis qui miniſter localis appellabitur. Si vero mulierum: mater dicetur. Et eligentur per ſuos Conuentus: vel inſtituentur per ſuos prouinciales ſuperiores: ſeu viſitatorem generalem. Ita tamen quod nullus ſit perpetuus: ſed certi temporis. Qui miniſtri ⁊ matres: obedient per omnia

que ad preſentem regulam ſpectant: prouincialibus miniſtris ordinis mi. bea
ti Franciſci: ⁊ viſitatoribus deputatis ab ipſis miniſtris: quādiu in dictis of-
ficijs fuerint. Quo vero ad alia officia intra domum: ſeruabunt ſtatuta ſua.

¶ De modo interius exteriuſqꝫ conuerſandi. 6. Capitulum.

¶ Cum fratres ⁊ ſorores huius fraternitatis dicantur de penitentia: oportet
eos ab omni curioſitate: tam in veſtibus quam alijs quibuſcunqꝫ abſtinere.
Et iuxta apoſtolicum principis beati Petri salubre conſilium: depoſitis cete-
ris vanis huius ſeculi ornamentis: nullum ornamentum corporale portare de
bent: niſi ſolum humile: ⁊ neceſſarium tegumentum corporis ſui. Debent eti
am ab acceſſu curiarum principum: dominorum: ſeu dominarum vbi mol
lia huius mundi (domino teſtante) habētur: omnino cauere. Nec vllo vnquā
tempore choreis: ludis: iocis: ⁊ alijs hiſtrionū vanitatibus intereſſe. Debent
quoqꝫ eſſe parci in verbis ⁊ locutionibus: que raro ſine peccato multiplican
tur. Et ſuper omnia ab omni mendacio ⁊ iuramento quocunqꝫ: iuxta man-
datum domini: niſi pro pace: fide: calumnia: ⁊ teſtimonio perhibendo: caue-
re debent. Et omni die in ſero: inter cetera debent examinare ſe: ſi vel menda-
cium vel iuramentum aliquod fecerint: ⁊ pro quolibet ter Pater noſter dice-
re debent.

¶ De viſitatione ⁊ cura infirmorum. 7. Capitulum.

¶ Si quis frater vel ſoror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit: mini-
ſter domus vel mater: ſemel quotidie per ſe vel per aliam perſonā viſitare te
neatur. Et de bonis communibus omnia neceſſaria diligenter faciat illi mi-
niſtrari. Teneaturqꝫ infirmum: vel infirmam monere ad penitentiam accep
tandam: veramqꝫ conuerſionem ad deum faciendam: mortis propinquitatē
⁊ iudicij diuini diſtrictionem: ſimulqꝫ diuinam miſericordiam proponēdo.

¶ De viſitatiōe quā prelati debēt facere circa fratres ⁊ ſorores. 8. Cap.

¶ Miniſter prouincialis fratrum minorum: vel viſitator eiuſdem ordinis cui
ipſo cōmiſerit: viſitabit quolibet anno: ſemel tantum quamlibet domum: cū
preſentia ſeniorum. Et facta viſitatione: non debet intrare officinas: nec alia
interiora ſororum. Ipſe autem viſitator nunquā ſolus maneat ⁊ ſeparatus cū
aliqua ſorore. Debent autem miniſtri: ⁊ matres dicere viſitatori deffectus qui
correctione indigent. Similiter ⁊ alij fratres ⁊ ſorores. Et ſi aliqui fuerint in-
corregibiles iudicio diſcretorum vel diſcretarū domus: tanquā morbida pe
cora eijciantur de congregatione.

¶ De officijs mortuorum. Capitulum. 9.

¶ Poſtquam aliquis frater vel ſoror ab hac luce migrauerit: curabit miniſter
ſeu mater ꝙ eius exequie ſollemniter celebrentur. Quibus exequijs omnes fra
tres vel ſorores alicuius domus: vbi ipſum mori contigerit: perſonaliter inter
eſſe debent: nec recedere donec corpus traditum ſit ſepulture. Et pro anima cu
iuſlibet defuncti vel defuncte: infra octo dies quilibet ſacerdos vnam miſſā:
ſcientes autem Pſalterium: quinquaginta pſal. neſcientes vero pſal. quin-
quaginta Pater noſter: ⁊ in fine cuiuſlibet Requiem eternam dicere tenean-
tur. In fine autem cuiuſlibet anni: ſeu infra quemlibet annum: quilibet ſa-
cerdos tres miſſas pro defunctis: ſcientes pſalterium: vnum pſalteriū: neſcie
tes vero pſalterium: centum Pater noſter cum Requiem eternam in fine cu-
iuſlibet dicere debeant. Et circa iſta officia pro defunctis: ⁊ alia officia diuina

in preſenti ſerie annexa: cura imponitur miniſtris ⁊ matribus vt fideliter perſoluantur.

¶ De obligatione contentorum in regula. 10. Cap.

¶ Omnia ⁊ ſingula in preſenti regula contenta: ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas viatorum. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale vel veniale: niſi humano vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen fratres ⁊ ſorores facere penitentias ſibi a ſuperioribus impoſitas: quãdo ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota eſſentialia: paupertatẽ nihil habendo in ſpeciali. Caſtitatem: quia poſt votum non poſſunt matrimonium contrahere: nec ſine tranſgreſſione vicijs carnis ſe immiſcere. Et obediẽtiam: quãtum ad illa ſine quibus non poteſt commode iſta fraternitas manuteneri. Tenentur etiam ad clauſurã ſeruandã ille que ipſam expreſſe ſeruare vouerint. Quod omnibus ⁊ ſingulis conuentibus concedimus: dummodo hoſpitalitas ⁊ charitas quã exercere ſolent apud infirmos: nullum cũ honeſtate patiatur detrimẽtum. Datũ Rome apud ſanctuꝫ Petrum: ſub annullo piſcatoris. Die vigeſima Januarij. 1521. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Euangeliſta.

Collector.

Ex predictis omnibus colligendum eſt

ꝙ fratres ⁊ ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci: ſunt in triplici differentia. ¶ Quidam enim illorũ ⁊ primi tẽpore: ſunt illi qui nõ faciunt tria vota eſſentialia religionis: nec in congregatione viuunt: ſed in proprijs domibus cum ſuis vxoribus ⁊ filijs: aut familijs prout alie perſone ſeculares: excepto ꝙ obſeruant ea que in regula per Nicolaum. 4. copilata continentur. Et iſti ſunt proprie tertiarij per beatũ Franciſcũ inſtituti. ¶ Alij tertiarij ſunt qui faciũt predicta tria vota in manibus ſui miniſtri vel miniſtre coram ſua cõmunitate. Sed hij ſubdiſtinguntur: q2 aliqui iſtorum poſt emiſſionem votorum: ſeu pfeſſionem predicto modo factam: remanent ⁊ viuunt in cõmuni. Reliqui vero licet faciũt profeſſionẽ in cõmunitate: vt ſupradictũ eſt: tamen poſtea nõ viuunt in communitatibus ſui ordinis: ſed in aliquibus heremitorijs vel eccleſijs ſeparatis a conuentibus dicti ordinis. ¶ Primi iſtorum tertiarioruꝫ ſunt illi qui ordinati fuerunt per beatum Franciſcum. Et hi non conuertuntur in perſonas eccleſiaſticas: ſed remanent vt perſone mere ſeculares: prout Sixtus. 4. declarauit in bulla preallegata ſupra. § 7. Et ideo poſt iſtam declarationem non eſt intelligendum ꝙ reſpectu huiuſmodi tertiariorum extendatur iuriſdictio ⁊ gubernatio que fratribus mino. ſuper tertiarios cõmiſſa eſt. Quia talem iuriſdictionem ſeu gubernationem non poſſunt fratres mino. habere ſup pſonas ſeculares: prout ſunt prefati primi tertiarij. Ac pro tanto bulla Eugenij. 4. que dat fratribus mi. iuriſdictionem ſuper tertiarios extra cõmunitatem viuentes: debet intelligi poſt ſupradictam declarationem Sixti: de illis qui fecerunt profeſſionem in cõmunitate: ⁊ poſtea viuunt extra illam. Et ſi forte reperiretur aliqua bulla que conferret expreſſe iuriſdictionem fratribus mi. ſuper hmõi tertiarios qui manent in ſeculo cum vxoribꝰ ⁊ filijs: ſeu alio modo conſimili: tunc eſſet aduertendum vtrum talis bulla fuit ante predictam declarationem. Et in hoc caſu iam nihil operatur. Si autem fuit poſt ſupradictam declarationẽ: tunc etiã nihil valet: niſi expreſſe derogaret hmõi declarationem

De triplici diferẽtia tertiarioruꝫ. s. franci.

De prima differentia tertiarioruꝫ. s. franciſci.

Sixti. Jmo eſſet reputanda tanq̄ ſubreptitia. Et inſuper eſſet cõtra puritatez pfeſſionis predictoꝝ fratrum mi. q2 vt dictum eſt: cũ hmõi tertiarij ſint declarati nõ eſſe perſone religioſe: nõ poteſt cõuenire fratribus predictis iuriſdictio ſuper illos. Verũ eſt tñ ꝙ predicti fratres mi. poſſent licite ſup pfatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam ſeu curam ſpirituale pro directione animaꝝ illoꝝ: vtpote audiendo cõfeſſiones eoꝝ: ⁊ conferendo illis ſacramentũ Eucharíſtie frequentius q̄ alijs fidelibus: necnõ cõmunicando eis aliquas indulgentias ⁊ peccatoruz remiſſiones: ⁊ alia ſimilia ſpiritualia: queadmodũ fit confratribus: ⁊ oblatis ordinis. Et adhuc nõ haberent tantaz auctoritatẽ ſuper hmõi tertiarios ſicut ſuper oblatos ppetuos: niſi ſimiliter ſe offerrent ⁊ donarent in forma iuridica. Et tunc etiã non eſſet niſi quedã obligatio mutua: ſine preiudicio decimaꝝ: ⁊ tributoꝝ: ac iuriſdictionũ eccleſiaſticarum ⁊ ſeculariũ: quibus manerent ſemp obligati: vt alij mere ſeculares. Et facit ad hoc determinatio Concilij Lateranenſi: ſupra poſita in. §. 19.

De habitu tertiarioꝝ ſecularium.

¶ Aduertẽdũ eſt etiã ꝙ habit⁹ pdictoꝝ tertiarioꝝ primi gradus nõ reperit determinatus in aliquibus litteris apoſtolicis. Nam habitus determinatus per Nicolaum. 4. in regula quã ipſe copilauit: itelligitur ſm declarationẽ Sixti pro illis qui faciunt tria vota ⁊ viuunt in cõmunitate. Cõſuetudo tñ vel potius corruptela iterpretauit in diuerſis puincijs ⁊ regnis: diuerſas formas habituum. Jta ꝙ in aliquibus partibus defferũt hmõi tertiarij habit⁹ ꝯſimiles habitibus fratrũ mi. licet hoc ſit expreſſe cõtra priuilegia predictoꝝ fratrũ mi. ⁊ nõnunq̄ eueniat inde materia ſcãdali.

Nota.

¶ Videtur tñ ꝙ habitus quẽ in partibus italie defferũt predicti tertiarij: ſit eoꝝ ſtatui ⁊ rationi magis cõdecens. Qr quo ad formã defferũt veſtes prout alij ſeculares: ⁊ quo ad colorem ſicut fratres mino. Et eſt veriſimile ꝙ talẽ habitũ voluit beatus Frãciſcus ꝙ predicti tertiarij defferrent: cũ ab antiquo in partib⁹ vbi prefatus ſanctus primo inſtituit predictũ tertiũ ordinẽ: ⁊ vbi pro maiori parte cõuerſatus eſt: obſeruat⁹ ſit: ⁊ de preſenti obſeruetur talis modus habitus.

Nota p corda fratrũ minorum.

¶ Nõ poſſunt tamen prefati tertiarij defferre cordã ſicut fratres mi. Qr adhuc alij tertiarij qui viuũt collegialiter nequeũt portare hmõi cordã: regula ipſoꝝ prohibente. ¶ Jtem eſt aduertendũ ꝙ ab hmõi tertiarijs nõ poteſt a fratribus mi. recipi aliquod votuz religiõis: ſed ad plus põt fieri quedã acceptatio: ſeu admiſſio ad pdictã tertiã regulã: exhortãdo illos ꝙ eã obſeruẽt: ⁊ adiuuãdo eos in cõfeſſionibus ⁊ alijs ſpiritualibus: ſicut cõfratribus ordinis: prout ſupradictũ eſt. Nec etiaz ppter hoc efficiunt fratres ſuperiores illoꝝ: ſed remanẽt vt prius ſub iuriſdictiõe ordinaria tã eccleſiaſtica q̄ ſeculari.

De ſuperioribus tertiariorum.

¶ Poſſunt tñ hmõi tertiarij (ad inſtar modi qui obſeruatur cõmuniter in confraternitatibus) habere velut ſuperiores aliquos ex ſeipſis: qui nominentur miniſtri vel alio nomine: vt eoruz curam habeant ad conuocandum vel puniendum eos. ⁊c. Sed hmõi miniſtri non ſunt cenſendi tanq̄ illi miniſtri de quibus Nicolaus. 4. facit mentionẽ in pdicta regula tertiariorum. Quia veri miniſtri qui debent gubernare tanq̄ prelati: ſunt ſolummodo illorum tertiariorum qui vouent tria vota: ⁊ viuunt in cõmunitate. Aliter enim ſequeretur ꝙ tertiarij primi gradus eſſent proprie religioſi: cuius tamen contrarium declaratum eſt per Sixtum quartum. vbi ſupra. ¶ Eſt inſuper ſciendum ꝙ hmõi tertiarij nõ gaudent priuilegijs (ſaltẽ temporalib⁹) fratrum mi. Nã poſtq̄ Sixtus. 4. declarauit ꝙ tales tertiarij non

erant religioſe perſone: non extenduntur ad eos cõmunicationes priuilegiorum quas fecerunt tertiarijs Nicolaus. 4. ⁊ Sixtus. 4. ſed ſolum de alijs qui ſunt religioſi. Nec obſtat predictis quedam conceſſio Innocẽtij. 8. ſupraposita. §. 10. qua extendit omnia priuilegia conceſſa tertiarijs in communi viuentibus: ad eos qui viuunt in particulari: quia illa conceſſio cum ſit viue vocis oraculo facta: non facit fidem niſi pro foro conſcientie: ⁊ pro rebus ſpiritualibus. Et dato caſu quod faceret fidem in iudicio: ⁊ extenderetur ad temporalia: nõ debet intelligi niſi de illis qui fecerunt profeſſionem in cõmunitate: ⁊ poſtea virtute alicuius diſpenſationis viuunt in particulari (prout ſepe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principalium) licet tamen adhuc iſtud nõ

Aduerte. conſtet nimis clare. ℂ Unde ſequitur quod in grauis error fuerit quorundam religioſorum: qui intuitu pietatis vel deuotionis inconſiderate: procurauerũt quod predicti tertiarij in aliquibus partibus non ſoluerẽt decimas nec primitias aſſerendo eſſe exemptos ab huiuſmodi: ⁊ a ſolutione tributorum ⁊ vectigalium dominis temporalibus: preſertim quia iſtud ſepe redundat in non modicum damnum vicinorum huiuſmodi tertiariorum: ⁊ exactorum redituũ. Quia ſunt aliqua predictorum onerum talis qualitatis: quod quantum aufertur oneris vni vel pluribus exemptis: ſeu priuilegiatis de populo: tantum ſuper imponitur alijs eiuſdem populi non exemptis neque priuilegiatis. Et inſuper qui prefatam exemptionem de facto procurauerunt: incurrerunt in excõmunicationem: vt patet ſupra in. §. 10. Circa quod eſt propterea valde aduertendum: ⁊ cauendum in futurum.

De ſecunda differẽtia tertiariorũ ſancti Frãciſci. ℂ Quo ad ſecundum gradum tertiariorũ qui iuxta declarationem Sixti ſupradictam. §. 7. faciunt tria vota ⁊ viuunt in communi: ſunt aliqua aduertẽda. ℂ Primum eſt: quod iſti ſunt vere perſone eccleſiaſtice ⁊ religioſe: ⁊ ſunt exẽpti ab omni iuriſdictione eccleſiaſtica ⁊ ſeculari: excepta ſubiectione quã debent habere ordini minorum de qua ſupradictum eſt. § 8. ⁊. 16.

¶ Alterum eſt quod habitus iſtorum tertiariorum ſecundum regulam confirmatam per Nicolaum quartum: debet eſſe coloris: ne prorſus nigri: nec prorſus albi. Sed quia predictus Nicolaus nihil dixit de forma huiuſmodi habitus: ac etiam de colore locutus eſt obſcure: fuit poſtea per Iulium. 2. prouiſum circa vtrunque: vt habetur ſupra. §. 18. ¶ De cingulo autem huiuſmodi tertiariorum dicitur in prefata regula confirmata per Nicolaum. 4. quod ſit corrigia: ⁊ non corda ſicut eſt cingulum fratrum minorum. ℂ Aliud eſt etiam notandum circa ſupradictos tertiarios: quod ſuper eos habent iuriſditionem ⁊ ſuperioritatem fratres mi. tam obſeruantes quod conuẽtuales: vt patet ſupra. §. 8. ⁊. 16. Et quia vtriſ-

Nota. que fratribus mino. commiſſa eſt: ideo eſt locus preuẽtioni. ¶ Unde ſequitur quod licet huiuſmodi tertiarij ſint ſub obedientia fratrum mino. conuentualium: tamen poſſunt prelati fratrum obſer. in defectu vel abſentia prelatorum conuentualium: corrigere predictos tertiarios. Ac ſimiliter econtra. Ratio huius eſt: quia non datur aliquibus gubernatio ⁊ iuriſdictio: vt occaſione illius committantur impune illicita. Quapropter poteſt quelibet dictarum diuerſitatum fratrum minorum: exequi ſuper prefatos tertiarios iuriſdictionem in deffectum alterius. ℂ Reliquum inſuper aduertendum eſt quod huiuſmodi tertiarij in cõmuni viuentes: gaudent omnibus priuilegijs conceſſis fratribus minorum ſub quorum gubernatione conſiſtunt: vt patet ſupra in. §. 4. ⁊. 9. ⁊. 20. ¶ De alijs

vero tertiarijs qui licet in cōmunitate profeſſionem fecerint: ſed poſtea in particulari extra ſuas cōmunitates viuunt: videtur ꝙ nequeant gaudere priuilegijs temporalibus: nec ſpiritualibus quibus fratres mino. ꝛ alij tertiarij collegialiter viuentes gaudent. Hoc patet per ſtatutum concilij Lateranenſis ſupra poſitum. §. 19.

¶ Quo ad tertium vero gradum tertiariorū. ſ. eorum qui nec ſunt mere ſeculares: vt primi ſupradicti: nec fecerunt profeſſionem in cōmunitate: vt ſecūdi etiam ſupradicti: ſed qui propria auctoritate aſſumpſerunt habitum tertiariorum: aut illum receperunt ab aliquibus fratribus mino. nō obſeruata forma ſupradicta: ꝛ qui poſt aſſumptionem: vel receptionem huiuſmodi habitus: ac etiam emiſſionem profeſſionis extra cōmunitatem: viuunt in aliquibus heremitis: ſeu in domibus ſecularibus: non dubium eſt quin temeritatem eximiam cōmittant: ꝛ ꝙ tales nullatenus ſunt tertiarij ſancti Franciſci: nec alicuius regule ab apoſtolica ſede approbate: ac per conſequens ꝙ nequeunt gaudere priuilegijs fratrum mino: nec tertiariorum: nec exiſtunt ſub iuriſditione illorum. Poſſunt tamen ꝛ debent procurare fratres mino. ꝙ prelati eccleſiaſtici ordinarij procedant contra tales: quia deferunt habitum religionis cuius ipſi non ſunt: prout habetur ſupra in dictione Habitus fratrum. §. 3. ꝛ. 4. Et hec de tertiarijs ſancti Franciſci dixiſſe ſit ſatis. De tertia differentia tertiariorum.

¶ Sciendum eſt vlterius ꝙ ſolus ſanctiſſimus pater Franciſcus inſtituit fratres: ꝛ ſorores tertij ordinis: ſeu de penitentia nuncupatos vt ſupra dictū eſt: propter quod in eius laudē canit eccleſia. Tres ordines hic ordinat: primūꝗ fratrum nominat minorum: pauperūꝗ fit dominarum medius: ſed penitentum tertius: ſexum capit vtrūꝗ. Attamen poſtea nōnulli alij ordines: preſertim fratrum mendicantium prefatam inſtitutionem aliqualiter imitari niſi ſunt. Nam fratres predicatores ꝛ Auguſtinenſes: necnō ꝛ Carmelite obtinuerunt a ſede apoſtolica vt alique perſone vtriuſꝗ ſexus in proprijs domibus habitantes: aut ſaltem in congregatione regulari viuentes: ſed certo modo ſub huiuſmodi ordinibus reſpectiue degentes: que pinzochere: aut mantellate vel de penitentia dicuntur: gauderent priuilegijs dictorum ordinum. Hoc patet quo ad predicatores. B. ffo. 240. conce. 573. Et quo ad Auguſtinenſes. B. ffo. 249. conce. 622. Et quo ad Carmelitas. B. ffo. 180. cōce. 427. De omnibus autem huiuſmodi perſonis: que vt in plurimum ſunt femine: dictum eſt ſupra ſatis late in dictione Mulieres. Et nonnulla alia addunt hic: prout ſequuntur. Collector.

Sixtus. 4. conceſſit fratribus Carmelitis: vt poſſint adminiſtrare ſacramenta eucariſtie: ꝛ extreme vnctionis ſuis pinzocheris: ꝛ mātellatis (que ſunt velut tertiarie ordinis mi.) in particulari viuētes: prout arbitror) etiam in eorūdem domibus. Et ſimiliter cōceſſit ꝙ dum tales decedere contigerit: poſſint eorum cadauera ad eorūdem fratrum eccleſias tumulanda deferre: abſꝗ licentia alicuius prelati eccleſiaſtici: ꝛ contradictione quacunꝗ non obſtante. B. fo. 97. Et ffo 180. conce. 426. Sacramēta.

¶ Aduerte ꝛ vide circa hoc ea que ſtatuta ſunt in concilio Lateranēſi: vt habetur ſupra. §. 18. Collector.

¶ Idem Sixtus fecit aliam conceſſionem ſicut immediate ſupraſcriptā fratribus Auguſtinenſibus: vt habetur. B. ffo. 247. conce. 623.

Collector. ¶ Aduerte q̄ de huiuſmodi perſonis que ſunt velut tertiarij fratrum minoꝝ dicta ſunt multa ſupra in dictione Mulieres. vide ibi.

Tranſire ad alios ordines.

Collector. ¶ Qualiter poſſint aut non poſſint fratres mi. tranſire de ſua religiõe ad aliã vel de vna obediẽtia ad aliam dictum eſt ſupra in multis dictionibus. ſ. in dictione Abbas. ⁊ in dictione Apoſtate. ⁊ in dictione Nouitius ⁊ dictione Obedientia. ⁊ in dictione Obſeruantes fratres. Uide ibi.

Vendere.

¶ Diſtinctio materie venditionis.

Collector. ¶ Aduerte q̄ nõnulla reperiuntur in priuilegijs fratruꝫ mi. que pertinent ad materiã venditionis. Et horum aliqua ſpectant ad fratres. alia vero ad moniales cure ipſorũ cõmiſſas: prout infra patebit.

1 Nicolaus. 3. ꝯceſſit: q̄ cũ expedierit vtilitati fratrum mi. vẽdere aut cõmutare aliquas res vſui eoꝝ prius ꝯceſſas. cõmutatio taliũ reꝝ p̄ reb⁹ qbus vſuꝫ fratrib⁹ liceat habere. ꝓcedat. ſeu fiat auctoritate vel licẽtia generalis ⁊ pͥuincialiũ miniſtroꝝ in ſuis adminiſtrationibus cõiunctim aut diuiſim. Uoluit tñ ⁊ ordinauit q̄ res hmõi eſtimato p̄cio vẽdi cõtigerit: fiat per p̄curatorẽ vel ſindicuꝫ a ſede ap̄lica vel a p̄tectore ordinis deputatum. ⁊ q̄ per eum pecunia p̄ p̄cio rei vẽdite habita recipiat ⁊ expendatur in rem licitã cuius vſum fratribus licet habere. Habet in declaratione Exijt qui ſeminat. ffo. 10. in. 2 tractatu. Et. B. fo. 8.

Procurator vel ſindicus

2 Clemens. 5. declarauit nõ licere fratribus mi. habere hortos vt colãtur: ac olera ⁊ alia hortalicia p̄cio diſtrahãtur. Et idem de quibuſlibet alijs rebus. Habetur in declaratiõe regule que incipit Exiui de paradiſo. ffo. 15. in. 2. tractatu. Et fo. 14. tractatu. 3.

Superfluitates.

3 Sixtus. 4. fecit duas conceſſiones pro fratribus minoꝝ pertinentes ad hanc materiam. que poſite ſunt ſupra in dictione Bona: in §. 5. ⁊. 6. vide ibi.

4 Leo. 10. fecit quãdam conceſſionẽ ſuper venditionem bonoꝝ que aliq fratres mi. acquiſierunt cum extra obedientiã ordinis euagarent. Sed hec etiam poſita eſt ſupra in dictione Bona. §. vltimo.

Apoſtate.

5 ¶ IDEM leo fecit aliã cõceſſionẽ circa cõmutationẽ ſeu vẽditionẽ elemoſinaꝝ ſupabundantiũ: ꝑut habet ſupra in dictione Elemoſinas. §. vltimo.

Elemoſinas

6 ¶ IDEM leo reſpectu venditionis ſeu alienationis bonorum monaſterioꝝ monialiũ ſancte Clare. ⁊ tertij ordinis. fecit duas conceſſiones. que poſite ſunt in dictione Abbatiſſa. §. penultimo ⁊ vltimo.

De bonis monialium

Vicarius.

¶ Diſtinctio materie vicariorum.

Collector. ¶ Aduertẽdũ q̄ de multiplicibus vicarijs reperit facta mẽtio in p̄uilegijs fratrum mi. ¶ Et primo de vicario totius ordinis: qui cedẽte vel decedẽte generali miniſtro eligi debet. ¶ Scdo de vicarijs generalibus ⁊ prouincialibus ciſmontanis: ⁊ vltramõtanis qui per concilium Conſtantienſe fuerũt ordi-

nati pro regimine fratrum mino. regularis obſer. ¶ Tertio de vicarijs conuē tuum vel domorum predictorum fratrum ſeu monialiuz eis cōmiſſarum. Et de ſingulis iſtorum dicentur infra aliqua que ad eos ſpectant.

¶ De vicario totius ordinis.

NIcolaus. 4 ſtatuit ⁊ ordinauit: ac diſtricte inhibuit fratribus mino. ne deficiēte miniſtro generali poſſint eligere aut cōſtituere aliquē fratrē in vicariū ordinis p̄fati: abſq3 Romani pōtificis ⁊ protectoris eiuſdē ordinis licētia ſpeciali: p ipſi⁹ Romani pōtificis patētes lr̄as cōcedēdā: facientes plenā: ⁊ expꝛeſſam de huiuſmodi litteris mentionem. b. ſo. 31. Et ſo. 32. conce. 33. 1 De vicario totius ordi.

¶ Aduertēdum ꝙ poſt hec in ſtatutis generalibus auctoritate apoſtolica in capitulo generali Burgenſi factis: ſub ſequenti modo ſtatutum ⁊ ordinatuz eſt in capitulo vndecimo de inſtitutionibus officiariorum. Collector

¶ Ceterū ordinatur ꝙ ſuperueniente morte miniſtri gn̄alis: ſi moriatur in partibus de qbus aſſumptus eſt: miniſter in cuius prouincia moritur: teneatur conuocare patres diffinitores illaꝝ partiū in qbus moritur miniſter gn̄alis: quam primū fieri poterit ad locū cōmodiorē pro electiōe vicarij ordinis. In qua electiōe dictus miniſter p̄ſideat: ⁊ habeat vocē actiuā ⁊ paſſiuā ſicut ipſi diffinitores. Et ille in quē maior pars illoꝝ cōſenſerit: ſit vicarius totius ordinis. Si vero moriatur in partib⁹ quibus preeſt cōmiſſarius generalis electus ſcd3 formam bulle vnionis: defuncto gn̄ali miniſtro: miniſter in cuius p̄uincia moritur: quā primū fieri poterit: teneatur portare vel legitime ipeditus mittere ſigillū ordinis patri cōmiſſario gn̄ali illarū partiū: regiſtro ordinis bene clauſo ⁊ ſigillato ſigillis miniſtri prouincialis ⁊ couētus in quo moritur apud ſcribā ordinis curā eiuſdē regiſtri habere ſolitū remanēte. Qui quidē cōmiſſari⁹ gn̄alis teneatur: quā primū fieri poterit: dictā cōuocationē diffinitorū ad locū cōmodū facere. In qua cōgregatione tam cōmiſſarius generalis prefatus: quā miniſter in cuius p̄uincia eſt defunctus: vocē actiuam ſicut ⁊ diffinitores habeant. Eligēdus vero ſemp ſit de eiſdem partib⁹ ex quibus generalis miniſter erat aſſumptus. Si aūt prouincia in qua moritur generalis miniſter eſſet miniſtro prouinciali orbata: cōmiſſarius illius prouincie in predictis ſuppleat vicē miniſtri prouincialis eiuſdem. Et ſi aliquis diffinitorum predictorum fuerit morte preuentus: miniſter prouincialis ſue prouincie: vel ipſo miniſtro defuncto: cōmiſſarius illius prouincie: ad predicta ſupplebit. Qd ſi generalis miniſter moriatur in terminis duabus prouincijs cōmunibus: miniſter prouincie prioris in ordine prouinciarum: teneatur vt predictum eſt prouidere. Et ſi in terminis aliquibus prouincijs indifferentibus: vel in mari moriatur: hmōi p̄uiſio ad propinquiorem prouinciam pertinebit. Statutū generale.

¶ De vicarijs generalibus: ⁊ prouincialibus.

Concilium Conſtantienſe ſtatuit ꝙ prelati ſuperiores fratrum minorum regularis obſeruātie appellarētur vicarij generales ⁊ prouinciales reſpectiue. Et hoc idem confirmauerunt multi alij ſummi pontifices: ac ordinauerunt multa et varia circa huiuſmodi Vicarios. Sed quia poſt Capitulum generaliſſimum totius prefati ordinis Rome celebratum: tranſlatum eſt officium miniſteriatus ad fratres minores obſeruan- 2 De vicarijs generalibus ⁊ prouincialibus.

rez;a: per conſequens ceſſauit denominatio predictorum vicariorum: ⁊ omnia illa que reſpectu talis denominationis fuerant ſtatuta: ſeu conceſſa ſimiliter ceſſauerunt: ideo ſuperfluum foret hic illa ponere. Qui autem voluerit predicta que ad prefatos vicarios pertinebant videre: reperiet ea in libris monumonumentorum ordinis predicti: tam prime quã ſecunde impreſſiõis: necnõ ⁊ aliqua in ſupplemento poſtea edito.

¶ De vicarijs ⁊ confeſſoribus monialium.

3 De vicarijs monialium

Innocentius. 4. ſtatuit q̄ fratres mino. qui in monaſterijs monialium fuerint deputati pro ſeruicio illarũ: in ſpiritualibus dumtaxat deſeruiant: vt habetur latius ſupra in dictiõe Monaſteria. §. 2.

4 Particular. p hiſpania. De duratione vicariat.

Julius. 2. ſtatuit ⁊ ordinauit q̄ confeſſores: ſeu vicarij monialium ſancte Clare: ⁊ aliarum religioſarum ſub cura fratrum mi. in regnis Hiſpaniarum degentium: nullatenus poſſint vltra triennium officia huiuſmodi exercere. Et q̄ predicto triennio finito: vel antea ſi miniſtro prouinciali expediens videbitur: a predicto officio abſoluantur. B. ffo. 49. coc. 145.

Collector

¶ Aduerte q̄ idem Julius ordinauerat prius hoc idem generaliter loquẽdo de omnibus ⁊ ſingulis officijs trium ordinum beati Franciſci: vt habetur ſupra in dictione Officia ordinis. §. 4. ¶ Circa auctoritatem vero huiuſmodi vicariorum: vide aliquid infra poſt. §. ſequentem.

¶ De vicarijs conuentuum fratrum minorum.

5 De vicarijs conuentuũ fratrum.

¶ Idem Julius in communicatione ampliſſima quam fecit fratribus ordi. mino. de priuilegijs fratrum ordinis predicatorum: conceſſit q̄ ea que ſpectãt ad vicarios conuentuum: aut ſingularum domorum prefati ordinis predicatorum: ſimiliter ſpectent ⁊ pertineant ad vicarios conuentuum ⁊ domorũ ordinis mi. B. ffo. 228. conce. 533. et. ffo. 74. cõce. 222. Hoc habetur latius ſupra in dictione Communicatio priuilegiorum. §. 12.

Collector

¶ Aduertendum eſt circa predictam conceſſionem: q̄ licet in noſtris priuilegijs nõ habeãtur omnia q̄ vicarijs conuentuũ ordinis predicatorũ ſunt conceſſa imm̃o pauca: tamẽ deſeruit huiuſmodi cõceſſio: ad hoc vt quãdocũq; peruenerint ad noticiã fratrũ mino. illa que ad predictos vicarios predicatorũ pertinent: poſſint eiſdem vti vicarij conuentuũ ſeu domorũ fratrum mino.

Collector

¶ Notandũ eſt tamẽ q̄ vt ſuperius in nõnullis locis tetigi: appellatione vicariorum apud fratres pdicatorũ: nõ veniũt vicarij cõmuniter vſitati iter ipſos ſed ſolum illi qui propter abſentiam: aut carentiam prioris eliguntur: ſeu inſtituuntur ad preſidendum velut priores. Et conſimiliter intelligendũ eſt quo ad fratres mi. de illis vicarijs dũtaxat qui apud eos vocantur preſidẽtes: quia abeſt vel deeſt guardianus. Ad quod faciunt que ſubſequuntur.

¶ Aduertẽdũ eſt etiã q̄ quo ad auctoritatẽ predictorũ vicariorũ monialium: et conuentuum: fuit ſtatutum in capitulo gñali Albienſi id quod ſequitur.

Statutũ generale. Pro vicario. ⁊ guar. ac vica. corũ.

¶ Uniuerſi cõfeſſores monialiũ noſtre familie: habeãt preſenti decreto ſemper actiue auctoritatem prelatorũ ſup moniales in foro cõſcientie: quo ad caſus: ⁊ ſententias. Habeantq; ſimiliter guardiani: ac vicarij guardianorũ in abſentia eorum. Habetur hoc fo. 228. tractatu. 3. Et. ffo. 248. in tractatu ſecundo.

¶ Deinde in ſequenti capitulo generali Lauallis celebrato: facta eſt ſequens declaratio predicti ſtatuti.

¶ Declarat̄ ꝙ illa clauſula in capl'o gñali Albieñs inſerta; v3 ꝙ guardiani ⁊ eoꝝ vicarij habeāt auctoritatē p̄latoꝝ in foro cōſciētie, ⁊c. ſic debet intelligi: ꝙ ve3 auctoritas per patrē prouincialē conceſſa guardianis: remaneat ſemper penes eorum vicarios: ſeu vicariorum vicarios: ipſis guardianis ſuum conuētum pro ſuis negocijs exeuntibus. Habet̄. fo. 229. trac. 3. Et. ffo. 248. trac. 2.

Statutū generale. Pro guardianis et ſuis vicarijs.

Viſitare et viſitatores.

¶ Diſtinctio materie viſitationis ⁊ viſitatorum.

¶ Circa materiam viſitationis ⁊ viſitatoru3 ſunt complura in priuilegiis fratrum mi. contenta; ¶ Illorum autem quedam pertinet ad viſitationem fratrū actiuam ⁊ paſſiuam inter ſemetipſos: Et hec poſita ſunt ſupra in dictione Correctio. §. 9. ⁊ quaſi in omnibus. §. Ac in dictione Exempti fratres. §. 2. ⁊. 4. ¶ Alia vero attinent ad viſitationem monialium ſancte Clare. Sed hec ſimiliter habentur ſuperius in dictione Abbatiſſa. §. 8. Et in dictione Moniales. §. 2. ⁊. 3. ⁊ 17. et. 22. ⁊. 26. ac. 27. ¶ Nonnulla inſuper ſpectant ad viſitationem fratrum ⁊ ſororum tertie regule beati Franciſci. Hec autem continentur ſupra in dictione Tertiarij. §. 3. ⁊. 4. ⁊. 8. ¶ Attamen quo ad viſitationem quarumlibet monialium per fratres mi. fiendam: fecit Leo. 10. quandam cōceſſionem: que habetur ſupra in dictione Ingredi monaſteria monialiu3. §. 23. ¶ Sed quo ad licentiam que ad viſitationis monialium officium exercēdum requiritur: notanda eſt ſequens ordinatio Innocentij. 8:

Collector

Innocentius. 8. inhibuit ſub grauibus cenſuris ⁊ penis: ne quiſpiam fratrum minoꝝ regularis obſer. ſine ſuorum ſuperiorum licentia ⁊ deputatiōe: ac inſtitutione: preſumat accipere ⁊ exercere officiū cōfeſſoris: ſeu viſitatoris monaſterioꝝ monialiū beguinaꝝ vel ſoroꝝ quarumlibet: aut tēporaliū dñoꝝ: ⁊ aliarū perſonaru3 ſeculariū: ſeu regularium vtriuſq3 ſexus: etiam ſi ad id apoſtolica auctoritate deputaretur. Et decreuit ꝙ deputationes quas ſic fieri contigerit: ſequentem conditionem habere debent; vt ſcilicet deputati ad officia predicta: illa exercere poſſint: ſi ad id eorum ſic deputatorum ſuperiorum conſenſus ⁊ licentia accedant: ⁊ non alio modo. B. ffo. 157. conce. 375.

De viſitationibus ⁊ confeſſoribꝰ monialium.

¶ Ultra predicta: qui voluerit videre indulgentias quas promereri poſſūnt viſitantes eccleſias fratrum mino in feſtiuitatibus ⁊ alijs diebus anni: reperiet eas ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 1. ⁊. 2. ⁊. 3.

Collector

Unctio extrema.

¶ Quo ad adminiſtrationem ſacramenti extreme vnctionis ſunt aliqua cōceſſa fratribus mi. tam reſpectu ſuorum tertiariorum ⁊ familiarum: ſeu oblatorum: quā aliarum perſonarum ſecularium. ¶ Ea que concernunt tertiarios: ac familiares fratrum: habentur ſupra in dictione Tertiarij. §. 19. Et in dictione Familiares. §. 3. ⁊. 8. Et in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 7. ⁊. 8. ¶ Illa vero que pertinent ad omnes ſeculares: continentur in dictione Sacramenta. §. 1. Et in dictione Communicare. §. 6. ⁊. 10.

Collector

Uotum.

¶Diſtinctio materie votorum.

Collector ¶Sciendum eſt vltimo: φ in priuilegijs fratrum reperiuntur aliqua pertinentia ad materiam votorum. ¶Horum autem aliqua ſpectant ad perſonas fratrum ſolummodo. Et iſta habentur in dictione Diſpenſatio. §. 8. ¶Alia concernunt perſonas monialium: que cure predictorum fratrum ſunt commiſſe. Hec autem continentur in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 6. Et in dictione Diſpenſatio. §. 19. ¶Reliqua vero reſpiciunt perſonas ſecularium. Et hec continentur in dictione Abſolutio quoad ſeculares primo: in. §. 16. Et in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. in. §. 11. ac. 19. Et in dictione Diſpenſatio. §. 16.

¶Sequuntur alique conceſſiones ad religioſos ſolūmodo attinētes ex priuilegijs nō mēdicātiū ordinū excerpte quorum habemus communicationem per clementem ſeptimum datam: Et etiam alie per eundem ſummum pontificē fratribus minoribus conceſſe.

Benedictus. 13. cōceſſit patrib⁹ cartuſianis in matutinali officio qñ dicitur. ℣. Te ergo qs. in cātico Te deum laudamus: genua flectētibus tria quadrigenaria indulgētie de indultis penitentijs. ¶IDEM Bñdictus. 13. predictis patribus conceſſit vt qñ in miſſa dicitur Gratias agamus: audientes flectēdo genua: ſacerdos vero dicētes caput reuerenter humiliando conſequantur. c. dies indulgentie de indultis penitentijs. ¶IDEM benedictus conceſſit monachis diui benedicti. cccc. dies indulgentie propter obſeruationem ceremoniarum ordinis quolibet die.

Eugenius. 4. pdictis monachis diui bñdicti pceſſit: vt qñ fuerint infirmi vel occupati cōſequātur quaſcūqz indulgētias p ipſum vel p ſuos pdeceſſores conceſſas diuinis officijs in feſto corpis xpi ꝛ p oc[t]a. pſentib⁹: ꝛ illis q i pceſſiōe dicti feſti ābulauerit tanqȝ ſi pſonalr adeſſent ¶Patribus diui Hieronymi cōceſſum fuit vt qñ fuerint in eccl'ia dū officia diuina dicūt: aut intra monaſteriū iuſſi a prelato: conſequantur oēs indulgētias ꝛ gratias fratribus qui in choro adfuerint rebus ꝛ officijs diuinis: conceſſas. ¶Itē pdictis frib⁹ pceſſū fuit vt p qlibet ex ſeptē horis canonicis: ꝛ p miſſis qs ſimul cū alijs frib⁹ dixerint: aut i choro cātauerit. 100. dies idul. pſequant.

Sixtus. 4. Cartuſianis patrib⁹ cōceſſit vt in die natiuitatis btē marie poſſint eligere cōfeſſorē idoneū tātūmodo ſui ordinis quē qlibet eorꝫ voluerit: qui eos plenarie ab omnibus ꝛ qbuſcūqz pctis abſoluat: etiā ſi ſint ad ſedē aplicā reſeruata: cōſueta eccleſie forme ſeruata. Hac cōceſſiōe poterūt fratres nr̄i libere frui: dūmodo pter eius fiduciā aliqd peccatū nō committat. Et etiā pctā nō ſint ex cōtētis in bulla cene dñi: nā quoad illa nulla valet pceſſio: pter illā q quolibet anno poſt diē dicte cene impetraretur: qz tunc ſemper fit noua reſeruatio ꝛ reuocatio cuiuſcūqz conceſſionis contrarie.

Clemens. 7. conceſſit vt ſindici vel pcuratores fratrū pter nullum crimē ciuile: criminale vel mixtū poſſint cōueniri corā aliquē iudicē ſecularē: ſed tantū corā ordinis cōſeruatore: ꝛ φ ipſi ꝛ eorꝫ vxores ꝛ liberi poſſint cōſequi: ꝛ cōſequātur oēs grās ſpūales fratribus cōceſſas. Sup qd ab eodē clemēte graues cenſure ponūtur. Hujus breuis originale eſt in conuentu Jeſu Barchinonenſi fratrum minorum: ꝛ autenticum exemplar habet

prouincialis miniſter ꝓuincie betbice p̄dicti ordinis.

¶ IDEM pontifex Clemens.7.Sixti.4.⁊.Leonis.10.approbans ſuper decimos monialibus ſancte Clare conceſſa q̄: inſup conceſſit vt perpetuis futuris temporibus abbatiſſe ⁊ moniales: ac monaſteria ſancte Clare nõ teneant decimas aut primitias ſoluere de quibuſcunq̄ terris ⁊ poſſeſſionibus quas colũt ⁊ cultiuari faciũt tam per alienos q̄ ꝓprios collonos ⁊ donatos ac familiares monaſteriorum ſuorum. Huius conceſſionis originale eſt in conuentu ſancti Frãciſci Barchinonẽſi: ⁊ autenticum exemplar in nõnullis dicti ordinis ꝓuincie Betbice conuentibus.

Finis.

Laus deo optimo maximo.

Sequitur approbatio operis

Compendij Priuilegiorum fratrum Mendicantium.

CVm Leo papa.10.in concilio Lateranẽſi preceperit nullo modo aliqua opa edita a quocunq̄ impſſioni dari: niſi per epiſcopũ vel aliũ habẽtem peritiã ſciẽtie libri: ſeu ſcripture hmõi imprimẽde ab eodẽ epiſcopo ad id deputãdum: ac inquiſitorem heretice prauitatis ciuitatis ſiue dioceſis vbi librorum impreſſio huiuſmodi fieret diligenter examinent ⁊ approbent. Et cum ſimili modo in ſtatutis generalibus ordinis fratrum minorum cautum ſit ꝙ ſi qui fratres dicti ordinis aliqua opera noua ediderint: nõ poſſint ea publicare: aut imprimere niſi ꝑus examinata fuerint ⁊ approbata per generale Capitulum: ſeu per eos quibus generalis miniſter duxerit committendum. Ea propter cum Reuerendiſſimus pater miniſter generalis totius ordinis prefati minorum: ⁊ ordinarius abbatie vallis oleti dioceſis Palentine: necnõ ⁊ Reuerendiſſimus dominus dominus Arch.epiſcopus Hiſpalẽſis inquiſitor generalis Hiſpanie: ac Sicilie: nos fratrem Martinum de Bejar: ac fratrem Joannem de Cumarraga: ⁊ fratrem Joannem de Curiel: ſupradicti ordinis profeſſores aſſignauerint examinatores cuiuſdam operis cuius titulus eſt compendium priuilegiorum fratrum mendicãtium: ⁊ adhibita omni diligentia: opus huiuſmodi in nulla ſui parte inuenerimus lutulentum: ſed clarum ⁊ veritati conſonũ: opuſq̄ limatum: politum: ⁊ terſum: omniq̄ laude dignũ: vtpote quod vſq̄ ad noſtra tẽpora tale opus: breue: compendioſum: vtile: ac conſcientie proficuum: ſapientibus ⁊ minus ſapientibus cõferens: nunq̄ ad noticiam noſtram venerit: approbamus ipſum opus: ⁊ teſtificamur in nulla ſui parte eſſe contrarium fidei: aut veritati: ſed omnium priuilegiorum: ac bullarum: ⁊ gratiarum predicti ordinis: ⁊ aliorũ mendicantium: que ab alijs difuſe ⁊ confuſe colligebant: in paruo volumine hoc a collectore ſapienti fuiſſe redacta. Ideo in huiuſmodi approbationis teſtimoniũ ac predictorum confirmationẽ: ſubſcripſimus hic nomina noſtra.

Frater Martinus de Bejar. Frater Jonnes de Cumarraga.

Frater Joannes de Curiel.

¶ Fuit preſens opuſculuz in nobili atqz inſigni oppido vallis oleti p quēdā fratrē minorē regularis obſeruantie ex mādato Reuerēdiſſimi prīs fratris Frāciſci de angelis totius pfati ordinis generalis miniſtri cōpilatū: & ex amuſſim reuiſum & caſtigatū: atqz Impſſuz nobiliſſima vrbe H. ſpali: in domo Joānis varela Salmaticeñ. eiuſdē vrbis tribuni. Anno dñi. 1530. dieqz. 23. mēſis Septēbris felici numine finitū: ad laudē omnipotētis dei: & immaculate ſue genitricis: ac ſeraphici prīs Frāciſci: oimqz Sanctoꝝ celeſtis aule. Necnō ad vtilitatē fratrū mēdicantiū pcipue tñ fratrū minoꝝ: quos vniuerſos tāgit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Collector.

Nego equidem me: excuſoris praeſtare culpam.
Quod ſi non illum: ſed me peccaſſe putaris:
Tunc ego te credam: cordis habere nihil.

Poeta quidam ad librum: et eius lectores.

¶ I: liber et varias terras: vrbeſqz videto:
Et ſine deletu: plurima tecta ſubi.
Te videat gnarus: ſed inuidus inſipienſqz:
Mordeat inſulſus: teqz peritus amet.
Omnibus eſto patens: ſed non ſis omnibus vnus:
Siſqz pijs ſapidus: ſed nocuos lateas.
Quod ſi forte aliquis: pluteo te ſubdere certet:
Cenſuram patere: ſi vir erit ſapiens.
Sed ſiquis erit: qui ignaro carpſerit vngue:
Deſpice: prudentum fixus in arbitrio.
Et vos lectores: libro preſtate fauorem:
Quem tanti pietas: contulit alma patris.

Regiſtrum operis.

✠. A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.
Omnes ſunt quaterni: preter ✠. et. q. qui ſunt duerni.

A. PANDIMIGLIO
RESTAURO
DI
LIBRI - ROMA